22. hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannavit te virgo *f* filia Sion: post te caput movit filia Jerusalem.

23. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & levasti altitudinem oculorum tuorum? Ad sanctum Israel.

24. In manu *g* servorum tuorum exprobrasti Domino: & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, juga Libani: & succidam excelsa cedrorum *h* ejus, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis ejus, saltum *l* Carmeli ejus.

25. Ego fodi, & bibi aquam, & exiccavi vestigio pedis mei omnes rivos aggerum.

26. Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmavi illud: & nunc adduxi: & factum est in eradicationem collium compugnantium *m*, & civitatum munitarum.

27. Habitatores earum breviatâ manu contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.

28. Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognovi, & insaniam tuam contra me.

29. Cùm fureres adversùm me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis; & reducam te in viam, per quam venisti.

f Chald. regnum, sc. regnum ut virgo custodiri solet & debet.

g i. per ministerium.

h per has intelligit homines.

l i. templum.

m mihi rebellantium.

alle die Wort Sennacherib / die er gesandt hat/ den lebendigen GOtt zu lästern.

18. Dan es ist ja wahr/ O HErr / die König von Assyrien haben die Land wüst gemacht/ und ihre Gegend.

19. Sie haben auch ihre Götter dem Feur übergeben; dan sie waren keine Götter sondern Holtz/ und Stein/ von Menschen Händen gemacht / und haben sie vernichtiget.

20. Und nun HErr unser GOtt/ errette uns aus seiner Hand: und laß alle Königreich auf Erden erkennen/ daß du allein der HERR bist.

III. 21. Und Isaias der Sohn Amos schickte zum Ezechia/ und sprach: Diß sagt der HErr der GOtt Israel: darum du mich gebetten hast / Sennacherib den König von Assyrien betreffend:

22. So ist das Wort/ so der HErr über ihn geredet hat: Die Jungfrau / die Tochter Sion verachtet dich/ und spottet deiner: die Tochter Jerusalem schüttelt ihr Haubt hinter dir.

23. Wen hast du verhönet/ und wen hast du gelästert? und über wen hast du deine Stimm erhöhet und deine hochsichtige Augen erhoben? über den Heiligen Israel.

24. Du hast durch die Hand deiner Knecht den HErrn geschmähet/ und gesagt: Ich bin mit der Menge meiner Wagen auf die hohe Berg gezogen/ auf die Spitz Libanon: und ich wil seine hohe Cedern/ und außerwählte Tannenbäum abhauen/ und wil langen biß auf seinen höchsten Gipffel / in den Wald seines Carmels.

25. Ich habe gegraben/ und Wasser getruncken/ hab auch alle wolbewahrte Teich mit meinen Fußsohlen außgetrucknet.

26. Hast du aber nit gehöret/ was ich ihm vormals gethan habe? Ich habs also von alten Tagen her verordnet/ und jetzt hab ichs hervor gebracht: und es ist zum Untergang der zusamen streitenden Bühel/ und der vesten Stadt.

27. Ihren Inwohnern ist die Hand gekürtzet / sie haben gezittert/ und seynd zu schanden worden: sie seynd worden wie das Heu auf dem Feld / und wie das Graß auf der Weid/ u. wie das Kraut auf den Dächern/ das verdorret/ ehe dan es zeitig wordẽ.

28. Deine Wohnung/ und dein Außgang/ und dein Eingang ist mir bekandt/ wie auch dein Toben wider mich.

29. Da du wider mich gewütet hast / ist dein Ubermuth zu meinen Ohren hinauf kommen: darum wil ich dir einen Ring in deine Nasen legen/ und einen Zaum in deine Lippen/ und wil dich auf den Weg widerum führen/ durch welchen du herkommen bist.

30. Aber dir sol diß zum Zeichen seyn: Du solst diß Jahr essen/ was von sich selbst wächst/ und im andern Jahr solst du die Baumfrücht essen: Aber im dritten Jahr sollet ihr säen/ und ernden/ auch Weinberg pflantzen/ und von ihrer Frucht essen.

31. Und was erhalten wird vom Hauß Juda/ und was übrig bleibet/ das wird unter sich wurtzlen/ und über sich Frucht tragen.

32. Dan die übrig bleibende/ werden von Jerusalem außgehen/ und das Heyl vom Berg Sion: der Eifer deß HErrn der Heerscharë wird das thun.

33. Darum sagt diß der HErr von dem König in Assyrien: Er wird in dise Stadt nit kommen/ auch wird er keinen Pfeil darauf schiessen/ noch einigen Schild davor bringen/ auch keinen Wall um sie herum ziehen.

34. Dürch den Weeg/ darauf er kommen ist/ wird er widerum zuruck ziehen/ und sol zu diser Stadt nit hinein kommen/ spricht der HErr.

35. Und ich wil dise Stadt beschirmen/ daß ich sie erhalte/ um mein selbst/ und meines Knechts Davids willen.

IV. 36. Aber der Engel deß HErrn fuhr auß/ und erschlug im Lager der Assyrier hundert und fünff und achtzig tausend Mann. Und da sie deß Morgens frühe aufstunden/ sihe/ da war nichts/ dan todte Leichnam.

37. Und Sennacherib der König von Assyrien brach auf/ und zohe davon/ und kam widerum heim/ und wohnete zu Ninive.

38. Und es begab sich/ als er im Tempel Nesroch seinen Gott anbettete/ daß ihn Adramelech und Sarasar seine Söhn/ mit dem Schwerdt erschlugen: und sie flohen davon in das Land Ararat/ und Asarhaddon sein Sohn regierte an seiner Statt.

Das XXXVIII. Capitel.

I. Ezechias tödtlich kranck/ bittet um Verlängerung deß Lebens/ 1.
II. Wird erhört mit Zuruckkehrung deß Schattens an der Sonnen-Uhr/ 4.
III. Singt dem HErrn ein Lobgesang/ 9.

1. IN denselben Tagen ward Ezechias kranck biß zum Tod: und Isaias der Sohn Amos/ der Prophet gieng zu ihm hinein und sprach zu ihm: Diß sagt der HERR: Verordne für dein Hauß/ dan du wirst sterben/ und nit leben.

2. Und Ezechias wandte sein Angesicht zur Wand/ und bettete zum HERRN/

3. Und sprach: Ach lieber HErr/ ich bitte dich/ gedenck doch/ wie ich vor dir in der Warheit/ und mit vollkommenem Hertzen gewandelt bin/ und

30. Tibi autem *n* hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte *o* nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31. Et mittet id, quod salvatum fuerit de domo Juda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum sursum *p*.

32. quia de Jerusalem exibunt reliquiæ *q*, & salvatio *r* de monte Sion: zelus *s* Domini exercituum faciet istud.

33. Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non intrabit civitatem hanc, & non jaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu ejus aggerem.

34. In via quâ venit, per eam revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus:

35. & protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, & propter David servum meum.

III. 36. *t* Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surrexerunt manè, & ecce omnes, cadavera mortuorum.

37. Et egressus est, & abiit, & reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitavit in Ninive.

38. Et factum est, cùm adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio: fugeruntque in terram Ararat, & regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

CAPUT XXXVIII.

I. Ezechiæ ægrotantis oratio 1.
II. Signo in horologio accepto, & promißâ de manu Assyriorum liberatione, convalescit, 4.
III. Gratiarum canticum Deo canit. 9.

1. † IN diebus illis ægrotavit *a* Ezechias usque ad mortem: & introivit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives *b*.

2. Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem *c*, & oravit ad Dominum.

3. & dixit: Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bo-

n ô Ezechia & Jerusalem.
o Nam necesse superioris anni ab hostibus & militibus Sennacherib vel occupatâ, vel conculcatâ; è sponte germinantibus sibi victum comparare necesse fuit: sequenti verò annô, (qui fuit mundi 3295.) ex Jubilæi lege, neque serere neq; metere permissum erat *Vid.* 4. *Reg.* 19. 20.
p i. roborabuntur & fructificabunt more arborum.
q salvæ.
r salus.
s vehemens amor.
t *Sup.* 31. 8 4. *Reg.* 19. 35. *Tob.* 1. 21. *Eccli.* 48. 24. 1. *Mach.* 7 41. 2. *Mach.* 8. 19.
† FER. 5. POST. CINER.
a Anno M. 3291. Ant. Ch. 713. 4. *Reg.* 20. 1. 2. *Par.* 32. 24.

b q. d. morbus est lethalis.
c sc. versus templum.

bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno.

II. 4. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens.

5. Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: Ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos:

d Ergo hæc historia ante plagam Sennacherib evenit, ut hæc verba *in diebus illis* generalem tantum temporis notationem significent.

6. & de manu regis *d* Assyriorum eruam te, & civitatem istam, & protegam eam.

7. Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est:

8. *e* Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reversus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.

Vide 4. *Reg.* 20. 6
e Eccli. 48. 26.
f Carmen Eucharisticum.

III. 9. Scriptura *f* Ezechiæ regis Juda cùm ægrotasset, & convaluisset de infirmitate sua.

g putans me moriturum.
h sc. sepulchrum.

10. Ego dixi *g*: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi *h*. Quæsivi residuum annorum meorum.

11. dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium. Non aspiciam hominem ultrà, & habitatorem quietis.

l spes Christi ex me nascituri.
m multa animo designarem.

12. Generatio *l* mea ablata est, & convoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum. Præcisa est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer *m*, succidit me: de manè usque ad vesperam finies me.

n morbus.

13. Sperabam usque ad manè, quasi leo sic contrivit *n* omnia ossa mea: De manè usque ad vesperam finies me:

o sc. à morbo cr[illegible]

14. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum. Domine vim patior *o*, responde pro me.

15. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16. Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritûs mei, corripies me, & vivificabis me.

17. Ecce in pace amaritudo mea ama-

hab gethan/ was gut ist vor deinen Augen. Und Ezechias weinete mit lauter Stimm.

II. 4. Und deß HErrn Wort geschahe zu Isaia/ und sprach:

5. Gehe hin/ und sage dem Ezechia: Diß sagt der HErr der GOtt Davids/ deines Vatters: Ich habe dein Gebett erhöret/ und deine Thränen gesehen: sihe/ ich wil deinen Tagen noch fünffzehen Jahr zusetzen:

6. Auch wil ich dich / und dise Stadt von der Hand deß Königs in Assyrien erretten/ und wil sie beschirmen.

7. Aber diß sol dir ein Zeichen vom HErrn seyn/ daß der HErr das Wort ins Werck richten wird/ das er geredet hat:

8. Sihe/ Ich wil den Schatten am Sonnen-Zeiger Achaz zehen Linien / die er herab gelauffen ist/ wider zuruck ziehen. Und die Sonn kehrete zehen Linien durch den Grad widerum zuruck / die sie hinabgangen war.

III. 9. Die Schrifft Ezechiä deß Königs Juda/ nachdem er kranck gewesen/ und von seiner Kranckheit widerum gesund worden.

10. Ich habe gesagt: Nun werde ich mitten in meinen Tagen zu den Pforten der Höllen hinunter fahren. Ich hab gefragt nach meinen übrigen Jahren.

11. Ich hab gesagt: GOtt den HErrn werde ich nit mehr sehen im Land der Lebendigen. Keinen Menschen werde ich hinfüro anschauen / und keinen/ der in der Ruhe wohnet.

12. Meine Geburt ist von mir hinweg genommen/ und zusammen gewickelt wie ein Hirten-Hüttlein. Mein Leben ist abgeschnitten wie von einem Weber: er hat mich abgehauen / da ich noch anfieng: du wirst es vom Morgen biß zum Abend mit mir außmachen.

13. Meine Hoffnung war biß an den Morgen / u. er hat alle mein Gebein / wie ein Löw zermaalet: Vom Morgen biß zum Abend wirst du mit mir ein End machen.

14. Ich wil schreyen wie ein junge Schwalben und seufftzen wie ein Tauben. Meine Augen seynd schwach worden/ weil sie über sich in die Höhe sahen. HErr ich leide Gewalt: antworte für mich.

15. Was sol ich sagen/ oder was sol er mir antworten/ dieweil ers selbst gethan hat. Ich wil vor dir alle meine Jahr widerum überdencken/ in Bitterkeit meiner Seel.

16. HErr/ muß man also leben/ und hats solche Gelegenheit mit dem Leben meines Geists/ so magst du mich straffen/ und lebendig machen.

17. Sihe / mein allerbitterste Bitterkeit ist im

Fri-

Friden. Du hast aber meiner Seel außgeholffen / damit sie nit verlohren gienge / und hast alle meine Sünd hinter deinen Rucken geworffen.

18. Dan die Höll wird dich nit preisen / so wird dich auch der Todt nit loben : und die zur Gruben hinunterfahren / werden auf deine Warheit nit warten.

19. Der Lebendige / ja der Lebendige / der wird dich preisen / wie ich auch noch heutiges Tags thue / der Vatter wird den Kindern deine Warheit zu wissen thun.

20. HERR hilff mir / so wollen wir unsere Psalmen alle die Tag unsers Lebens im Hauß deß HErrn singen.

21. Und Isaias befahl / sie solten ein Pflaster von Feigen nehmen und auf den Schaden legen / so würde er gesund werden.

22. Und Ezechias sprach : Was wird das Zeichen seyn / daß ich hinauf gehen werde in das Hauß deß HErrn.

Das XXXIX. Capitel

I. Der König auß Babylon wünscht Glück Ezechiä / wegen erhaltener Gesundheit / 1.

II. Ezechias zeigt den Gesandten seine Schätz / darüber muß er hören / daß seine Schätz sollen nach Babylon geführet werden / 3.

III. Ezechias bittet / GOtt wolle bey seinen Lebzeiten mit diser Straff inhalten / 8.

I. 1. AUf dieselbige Zeit schickte Merodach Baladan / der Sohn Baladan / der König zu Babylon Brief und Geschenck zu Ezechia : dan er hatte gehöret / daß er kranck gewesen / und gesund worden.

2. Und Ezechias erfreuete sich darüber / und zeigete ihnen die Schatzkammer der Specerey / und deß Silbers und Golds / und deß Rauchwercks / und der köstlichsten Salben / und alle Gemächer seines Vorraths / und alles / was in seinen Schätzen gefunden ward. Es war kein Ding / das ihnen Ezechias nit zeigete / so wol in seinem Hauß / als auch in seiner gantzen Herrschafft.

II. 3. Aber Isaias der Prophet gieng hinein zu dem König Ezechia / und sprach zu ihm : Was haben dise Männer gesagt / und von wannen seynd sie zu dir kommen? Und Ezechias sprach : Sie seynd auß fernen Landen zu mir kommen / von Babylon.

4. Und er sprach : Was haben sie in deinem Hauß gesehen ? und Ezechias sprach : Sie haben alles gesehen / was in meinem Hauß ist : es ist kein Ding in meinen Schätzen / das ich ihnen nit gezeiget habe.

5. Da sprach Isaias zu Ezechia : Höre das Wort deß HErrn der Heerscharen :

rissima: Tu *p* autem eruisti animam meam ut non periret, projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

19. Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20. Domine salvum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini *q*.

21. Et jussit Isaias ut tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.

22. Et dixit Ezechias: Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

CAPUT XXXIX.

I. Ezechias missis à rege Babylonis nuntiis 1.

II. Suos ostendit thesauros, sed ab Isaia de futura eorum in Babylonem ablatione præmonitus. 3.

III. Eandem pœnam pro diebus suis deprecatur. 8.

1. IN tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan *a* rex Babylonis, libros *b* & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotasset, & convaluisset.

2. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & universa quæ inventa sunt in thesauris ejus. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

II. 3. Introivit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4. Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis.

5. Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum *c*.

p flexus mea pœnitentia & oratione

q i. templo.

a Baladan hic videtur esse is qui ab Agathia *Belesus*, à Nic. Damasc. *Nanybrus* à Ptolem. *Nabonassarus* est dictus. *Vid.* 4. *Reg.* 20. 12.

b Chald. epistolas, sc. gratulatorias.

c i. potentissimi.

6. Ecce

6. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

d i. posteris.

7. Et de filiis *d* tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

III. 8. Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantùm pax, & veritas in diebus meis.

CAPUT XL.

I. Consolatio & salus Jerusalem per Christum futura: Joannis Baptistæ prædicatio: 1.
II. Christi in carnem adventus, gloria, potestas & retributio palam annuntianda: 12.
III. Contra idololatras incomparabilem Dei potentiam ac sapientiam commendat: 18.
IV. Quòd sperantes in Domino mutent fortitudinem. 27.

a mihi dicatus.

1. CONsolamini, consolamini popule meus *a*, dicit Deus vester.

b Apoc. 18

2. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: *b* suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

c Matth. 3. 3. *Marc.* 1. 3. *Lucæ.* 3. 4. *Joan.* 1. 23. *d* erit, audietur.

3. *c* Vox clamantis in deserto *d*: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.

e i. gloriosa Christi humanitas.

5. Et revelabitur gloria *e* Domini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum est.

f Eccli. 14. 18. *Iacob.* 1. 10 1. *Pet.* 1. 24.

6. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo: *f* Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri.

7. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verè fœnum est populus:

g quod carnem assumet.

8. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos: Verbum *g* autem Domini nostri manet in æternum.

† SABB. QUAT. TEMP. ADVENT. EPIST. 3.

9. † Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere.

---

6. Sihe/ es werden die Tag kommen / daß man alles/ was in deinem Hauß ist und was deine Vätter zusammen gebracht haben biß auf den heutigen Tag/ gen Babylon führen wird: man wird auch nichts übrig bleiben lassen/ spricht der HErr.

7. Sie werden auch von deinen Kindern hinweg nehmen/ welche von dir herkommen sollen / die du zeugen wirst und sie werden im Pallast deß Königs von Babylon Kämmerling seyn.

III. 8. Und Ezechias sprach zu Isaia: Deß HErrn Wort ist gut/ das Er geredet hat. Und er sagt: Es sey nur Frid und Warheit in meinen Tagen.

Das XL. Capitel.

I. Isaias weissagt von der Zukunfft Christi/ und seines Vorlauffers Johannis/ 1.
II. Beschreibt GOttes Allmacht und Weißheit / welche die vorgedachte Sachen leichtlich könn ins Werck stellen/ 12.
III. Strafft die jenige/ welche Abgötterey treiben / 18.
IV. Lehret/ daß die jenige/ so auf GOtt hoffen / werden alles überwinden/ 27.

1. SEyd getröst / mein Volck / spricht euer GOTT.

2. Redet Jerusalem tröstlich ins Hertz/ und fordert sie herzu: dan ihre Boßheit hat ein End/ und ihre Missethat ist vergeben: sie hat für alle ihre Sünd von der Hand deß HErrn zweyfältige Straff empfangen.

3. Die Stimm deß Ruffenden in der Wüste: Bereitet den Weeg deß HErrn: machet in der Wüste richtig die Fußsteig unsers GOttes.

4. Alle Thäl sollen erhöhet/ und alle Berg und Bühel sollen ernidert werden/ was krumm ist/ das sol richtig/ und was ungleich und rauh ist / das sol zu ebenen Weegen werden.

5. Und die Herrlichkeit deß HErrn wird sich offenbahren / und alles Fleisch wird zugleich sehen/ daß der Mund deß HErrn geredet hat.

6. Eine Stimm deß Redenden: Ruffe. Da sagte ich: Was sol ich ruffen? Alles Fleisch ist Graß / und alle seine Herrlichkeit ist / wie eine Blum auf dem Feld.

7. Das Graß ist verdorret/ und die Blum ist abgefallen/ dan der Geist deß HErrn hat darein geblasen. In der Warheit/ das Volck ist Graß:

8. Das Graß ist dürr worden/ und die Blum ist abgefallen: Aber das Wort unsers HErrn bleibet in Ewigkeit.

9. Gehe hinauf auf einen hohen Berg / der du Sion die gute Bottschafft verkündigest: erhebe deine Stimm mit aller Macht / der du Jerusalem die fröliche Zeitung bringest: erhöhe sie/ und förchte dich nit:

nit: Sage den Städten Juda: Sihe / euer GOtt:

10. Sihe / GOtt der HErr wird in der Starck kommen / und sein Arm wird herrschen: sihe / seine Belohnung ist bey ihm / und sein Werck ist vor ihm.

11. Er wird seine Heerd weiden / wie ein Hirt: mit seinem Arm wird er die Lämmer zusammen bringen / und wird sie in seiner Schooß aufheben / die tragbare Schaaf wird er selbst tragen.

II. 12. Wer hat die Wasser mit der Faust gemessen / und die Himmel mit der Hand gewogen? Wer hat die ganze Welt mit dreyen Fingern angehencket? und wer hat die Berg im Gewicht gehalten / und die Bühel auf die Waag gelegt.

13. Wer hat dem Geist deß HErrn geholffen? oder wer ist sein Rathgeber gewesen / der es ihm angezeiget hätte?

14. Mit wem ist er zu Rath gangen / der ihn unterrichtet / und den Weeg der Gerechtigkeit gelehret hat / der ihm zum Verstand unterwisen / und ihm den Weeg der Vorsichtigkeit gezeiget hat?

15. Sihe / die Heyden seynd vor ihm geachtet / wie ein Tröpflein Wassers auß dem Eimer / und wie das Züngklein an der Waag: sihe / die Insuln seynd wie ein geringer Staub.

16. Der Libanus wird auch nit genug seyn zum Brennen / und seine Thier werden nit genug seyn zum Brand-Opffer.

17. Alle Völcker seynd vor ihm / als wan sie nit wären / und sie werden wie lauter nichts und Eitelkeit bey ihm geachtet.

III. 18. Wem habt ihr dan GOtt gleich gemacht? oder was für ein Bildnuß wollet ihr ihm aufrichten?

19. Hat nit der Meister das geschnitzte Bild zugerichtet? oder hats nit der Goldschmid mit Gold / und der Silberschmid mit geschlagenem Silber außgebildet?

20. Ein verständiger Werckmeister sucht ein hartes Holtz auß / daß nit faul wird: bemühet sich / wie er ein Bild auffsetze / das unbeweglich stehe.

21. Wisset ihr das nit? Habt ihrs nit gehöret? Ists euch nit von Anfang zu wissen gethan? Habt ihr die Gründ deß Erdbodens nit verstanden?

22. Er sitzt über dem runden Erdenkreiß / und die darauf wohnen / seynd wie Heuschrecken: Er dehnet die Himmel auß / wie nichts / und breitet sie auß gleich einer Hütten zur Wohnung.

23. Welche heimlichen Dingen nachforschen / die macht er / als wan sie nit wären / und macht die Richter auf Erden / wie ein eitel Ding.

Dic civitatibus Juda: Ecce DEUS vester:

10. ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo.

11. *h* Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit: fœtas ipse portabit.

II. 12. Quis mensus est pugillo *l* aquas, & cælos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & liberavit in pondere montes, & colles in statera?

13. *m* Quis adjuvit spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi?

14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam justitiæ, & erudivit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi pulvis exiguus.

16. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia ejus non sufficient ad holocaustum *n*.

17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei.

III. 18. *o* Cui ergo similem fecistis DEUM? aut quam imaginem ponetis ei?

19. Numquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, & laminis argenteis argentarius?

20. Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum, quod non moveatur.

21. Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ *p*?

22. Qui sedet *q* super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cælos, *r* & expandit eos sicut tabernaculũ ad inhabitandũ.

23. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, judices terræ velut inane fecit: I 24.

h Ezech. 34. 23. & 37. 24. Joan. 10. 11

l sc. quasi

m Sap. 9. 13. Rom. 11. 34. 1. Cor. 2. 16.

n q. d. nulla sufficienta & holocausta sufficiunt.

o Act. 17. 29.

p sc. posita esse à Deo.

q præsidet.

r Gen. 1. 6. Psalm. 14. 2.

24. & quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repentè flavit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25. Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus?

s sc. ad sidera. *t* sc. certo & plurimo. *u* exercitum

26. Levate in excelsum *s* oculos vestros, & videte quis creavit hæc: qui educit in numero *t* militiam *u* eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit.

IV. 27. Quare dicis Jacob; & loqueris Israel: Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo judicium meum transivit?

28. Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus.

29. Qui dat lasso virtutem: & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30. Deficient pueri & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent.

x i. innovabunt. *y* Psalm. 105. 5.

31. Qui autem sperant in Domino, mutabunt *x* fortitudinem, *y* assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

Caput XLI.

I. Disceptat cum idololatris de variis magnisque beneficiis populo Judaico exhibitis: 1.
II. Quibus Dei comprobat potentiam & benignitatem erga homines: 11.
III. Ostendit simul idolorum impotentiam, 21.
IV. Et idololatrarum vanitatem. 24.

a Hebr. tacitè i. cum silentio me audiant. *b* i. Abraham. *c* vocantem Deum. *d* i. dedit. *e* i. obtinuit &c

I. TAceant *a* ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus.

2. Quis suscitavit ab Oriente justum *b*, vocavit eum ut sequeretur se *c*? dabit *d* in conspectu ejus gentes, & reges obtinebit *e*; dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus.

3. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit.

24. Es ist zwar ihr Stamm weder gepflantzet noch gesäet / noch in die Erden gewurtzelt: Er hat sie plötzlich angeblasen / so seynd sie verdorret / ein Sturmwind wird sie wie Stopplen hinweg führen

25. Wem habt ihr mich dan gleich und ähnlich gemacht / spricht der Heilige.

26. Hebet eure Augen hinauf in die Höh / und sehet / wer dise Ding erschaffen hab: nemlich der ihre Heer nach der Zahl außführet / und sie alle mit Namen nennet: für seinem grossen Vermögen / und Krafft / und Stärck ist auch nit ein eintziges dahinden bliben.

IV. 27. Warum sagst du dan / O Jacob / und warum redest du also Israel: Mein Weeg ist vor dem HErrn verborgen / und mein Gericht ist vor meinem GOtt vorüber gangen?

28. Ist dirs unbewust oder hastu es nit gehöret? Der HErr der ewige GOtt / der die Gräntzen deß Erdbodens erschaffen hat / wird nit abnehmen / noch müd oder matt werden / seine Weißheit ist auch nit außzuforschen.

29. Er gibt Stärck dem / der müd ist: und er mehret denselbigen Krafft und Stärck / welche seynd / als wan sie nit wären.

30. Die Kinder werden an Kräfften abnehmen / und müd werden / und die junge Mannschafft wird vor Schwachheit dahin fallen.

31. Aber die auf den HErrn ihr Vertrauen setzen / die werden sich ändern an Kräfften / und Flügel wie die Adler an sich nehmen / sie werden lauffen / und nit müd werden / wandlen und an Kräfften nit abnehmen.

Das XLI. Capitel.

I. GOtt beweist den Heyden seine Gottheit / auß der wunderthätigen Vorsichtigkeit / gegen seine Diener / 1.
II. Verheist ihnen ins künfftig ebenmässigen Schirm / 11.
III. Beweist / daß die Abgötter nichts seynd / 21.
IV. Weil sie von Menschen Händen gemacht / nichts können würcken / 24.

I. LAsset die Insuln vor mir schweigen / und die Völcker ihre Stärck ändern: lasset sie herzu kommen / und alsdan reden / lasset uns miteinander zu Gericht gehen.

2. Wer hat den Gerechten vom Aufgang erwecket / und ihn beruffen / daß er ihm folgen solte? Er wird die Heyden vor seinem Angesicht übergeben / und er wird der Königen mächtig werden: seinem Schwerd wird er sie wie Staub übergebẽ / u. seinem Bogen wie Stopplen / die d' Wind hinweg führet

3. Er wird sie verfolgen u. mit Friden hindurch ziehen / man wird den Fußpfad an seinen Füssen nit spüren.

4. Wer

4. Wer hat diß ins Werck gerichtet / und gethan / und die Geschlecht von Anbegin beruffen? ich der HErr / der Erste und der Letzte bin ich.
5. Die Insuln habens gesehen / u. seynd erschrocken die äusserste Gräntzen der Erden entsetzen sich / sie naheten herzu / und kamen heran.
6. Ein jeglicher wird seinem Nächsten helffen / und zu seinem Bruder sagen: Sey gehertzt.
7. Der Kupfferschmid / der mit dem Hammer schlagt / hat den andern gestärckt / der damahls schmidte / sprechend: Es ist gut anzulöten: und er hat ihn mit Näglen vest gemacht / daß er nit bewegt wurde.
8. Und du / O Israel / mein Knecht / du Jacob mein Außerwählter / du Saamen Abrahams meines Freunds:
9. In welchem Ich dich angriffen hab vom End der Erden / und habe dich auß seinem fernen Land beruffen / und zu dir gesagt: Du bist mein Knecht / ich habe dich außerwählet / und habe dich nit verworffen.
10. Förchte dir nit / dan ich bin mit dir: weiche nit ab / dan ich bin dein GOtt: Ich habe dich gestärcket / und habe dir Beystand gethan / und die rechte Hand meines Gerechten hat dich angenommen.
II. 11. Sihe / sie sollen alle schamroth werden, und in Schanden stehen / die wider dich streitten: die Männer / die dir widersprechen / sollen seyn / als wan sie nit wären / und sollen umkommen.
12. Du wirst sie suchen / die Männer / die sich wider dich auflehnen / und wirst sie nit finden: sie werden seyn, als wan sie nit vorhanden wären: wie nichts werden die Leut seyn / die wider dich streiten.
13. Dan ich der HErr / dein GOtt / halte dich bey der Hand / und sprich zu dir: Förchte dir nit / ich habe dir geholffen.
14. Sey unerschrocken / du Wurm Jacob / die ihr von Israel gestorben seyd. Ich habe dir Beystand gethan / spricht der HErr / und dein Erlöser der Heilige Israel.
15. Ich habe dich gemacht wie einen neuen Treschwagen / der scharffe Zacken hat / wie die Segen: du solst die Berg zertreschen / und zermalen / und die Bühel gleich wie Staub machen.
16. Du wirst sie schwingen / und der Wind wird sie hinweg führen / und ein Sturmwind wird sie zerstreuen: und du wirst dich im HErrn erfreuen / und im Heiligen Israel frolocken.
17. Die Dürfftige und Arme suchen Wasser / und ist keines da: ihre Zung ist vom Durst verdor-

4. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, *f* primus & novissimus ego sum. *f Infr* 44. 6 & 48. 12 *Apoc.* 1. 8. 17. & 22. 13.
5. Viderunt insulæ *g* & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt, & accesserunt *h*. *g* Gentes remotæ. *h* ut viderét opera mea.
6. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare.
7. Confortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est: & confortavit eum clavis, ut non moveretur.
8. Et tu Israël serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei:
9. in quo apprehendi te ab extremis *i* terræ, & à longinquis ejus vocavi te, & dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, & non abjeci te. *i* sc. Ægypto.
10. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera justi mei *k*. *k* Chald. veritatis.
II. 11. Ecce confundentur & erubescent, omnes qui pugnant adversùm te: erunt quasi non sint *kk*, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. *kk* res nihili.
12. Quæres eos, & non invenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & veluti consumptio homines bellantes adversùm te.
13. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.
14. Noli timere vermis Jacob, qui mortui *l* estis ex Israël, ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus: & redemptor tuus sanctus Israël. *l* afflicti & contempti.
15. Ego posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia *m*: triturabis montes *n*, & comminues, & colles *o* quasi pulverem pones. *m* dentes in modum serræ. *n* reges. *o* principes.
16. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israël lætaberis.
17. Egeni & pauperes *p* quærunt aquas *q*, & non sunt: lingua eorum siti aruit. *p* i. peccatores. *q* gratiæ.

aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israël non derelinquam eos.

18. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes *s*: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum.

s cœlestium donorum.

19. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam *t*, & myrtum, & lignum olivæ: ponam in deserto abietem, ulmum, & buxum simul:

t Chald. setim, quia quoad speciem similis est spinæ.

20. ut videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israël creavit illud.

III. 21. Propè facite judicium vestrum, dicit Dominus: afferte, si quid fortè habetis, dixit rex Jacob.

22. Accedant, & nuntient nobis quæcumque ventura sunt: priora quæ fuerunt nuntiate: & ponemus cor nostrum, & sciemus novissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis.

23. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos. Benè quoque aut malè, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul.

IV. 24. Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est: abominatio est qui elegit vos *u*.

u ut coleret velut deos.

25. Suscitavi ab Aquilone *x*, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomen meum, & adducet magistratus *y* quasi lutum, & velut plastes *z* conculcans humum *a*.

x scCyrum, qui Juda os liberet.
y principes Babylonis.
z figulus.
a lutum & argillam.

26. Quis annuntiavit ab exordio ut sciamus: & à principio ut dicamus: Justus es? non est neque annuntians, neque prædicans, neque audiens sermones vestros.

27. Primus ad Sion dicet: Ecce adsunt, & Jerusalem evangelistam dabo.

28. Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum.

29. Ecce omnes injusti, & vana opera eorum: ventus & inane simulachra eorum.

CAPUT XLII.

I. pater sibi complacet in Christo ob virtutes & opera, 1.

ret. Ich / der HErr / wil sie erhören / ich der GOtt Israel wil sie nit verlassen.

18. Ich wil Wasserström eröffnen auf den hohen Bühlen / und Brunnen mitten im flachen Feld: die Wüsten wil ich zu Wasserseen machen / und das ungebahnte Land zu Wasserquellen.

19. In der Einöde wil ich Cedern / und Dornen / und Myrten / und Oelbäum geben: in der Wüst wil ich Tannen und Ilmen / und Buxbaum zugleich wachsen lassen:

20. Damit sie sammtlich sehen und wissen / auch zu Gemüth führen und verstehen daß die Hand deß HErrn solches gethan / und der Heilige Israel dasselbig gemacht hat.

III. 21. Befördert euer Gericht / spricht der HErr: wan ihr villeicht etwas habt / das bringet hervor / spricht der König Jacobs.

22. Lasset sie herzu kommen / und uns alles verkündigen / was sich künfftiger Zeit wird zutragen: saget an / was zuvor gewesen ist: so wollen wirs zu Hertzen nehmen / und erkennen: was endlich kommen wird / u. zeiget uns an / was künfftig geschehē sol

23. Verkündiget / was in künfftigen Zeiten sich zutragen wird / so werden wir wissen / daß ihr Götter seyd: thut auch etwas guts oder böses / wo ihrs vermöget: und lasset uns miteinander reden / und sehen.

IV. 24. Sihe / ihr seyd aus nichts / und euer Werck ist auch auß dem / das nit ist: und der euch erwählet hat / der ist ein Greuel.

25. Ich hab von Mitternacht erwecket / und er wird vom Aufgang der Sonnen kommen: er wird meinen Namen anruffen / die Oberste wird er wie Koth herzu bringen / und sie zertretten / wie der Hafner den Laim.

26. Wer hats von Anfang verkündiget / daß wirs wissen? und von Anbegin / daß wir sagen: Du bist gerecht? Aber da ist niemand / ders verkündige / noch jemand / der es zuvor sage / so ist auch niemand / der eure Red anhöre.

27. Der erste wird zu Sion sagen: Sihe / sie seynd allhie / und ich wil Jerusalem einen Evangelisten geben.

28. Und ich sahe zu / und es war keiner / auch niemand aus ihnen / der zu Rath gienge / der auch ein Wort antwortete / wan er gefraget ward.

29. Sihe / sie waren alle ungerecht / und ihre Werck waren eitel: Ihre abgöttische Bilder seynd Wind und eitel Ding.

Das XLII. Capitel.

I. Isaias verheißt Christum / dessen Tugend er beschreibt / 1.

II. Ermahnet die Heyden / für solches Heyl GOtt zu loben / 10.
III. Verkündigt den Untergang der Abgötter / 13.
IV. Warnet die Juden / damit sie nit auf gleiche Weiß gestrafft werden / 18.

1. SIhe / das ist mein Knecht / ich wil ihn aufnehmen: er ist mein Außerwählter / meine Seel hat an ihm ein Wolgefallen: Ich habe meinen Geist auf ihn geben / er wird den Heyden das Recht vortragen.

2. Er wird nit schreyen / noch die Person annehmen / seine Stimm wird man draussen nit hören.

3. Ein zerstossen Rohr wird er nit zerbrechen / u. einen rauchenden Dacht wird er nit auslöschen / er wird das Recht in Warheit außführen.

4. Er wird nit traurig seyn / noch ungestümm / biß er auf Erden das Recht aufrichte / und die Insuln werden auf sein Gesatz warten.

5. Diß sagt GOtt der HErr / der die Himmel erschaffen und außgestrecket hat: der das Erdreich bevestiget / und alles was darauß wächst: der dem Volck / das auf dem Erdreich ist / den Athem gibt / und den Geist allen / die es betretten.

6. Ich / der HErr habe dich in Gerechtigkeit beruffen / u. dich bey deiner Hand genommen / u. habe dich erhalten. Und ich habe dich zum Bund deß Volcks gegeben / und zum Liecht der Heyden:

7. Daß du die Augen der Blinden aufthun soltest / und den Gefangenen auß der Verhafftung führen / und aus dem Hauß deß Kerckers / die daselbst in der Finsternuß sitzen.

7. Ich bin der HErr / das ist mein Nam. Meine Ehr wil ich einem andern nit geben / noch mein Lob den abgöttischen Bildern.

8. Sihe es ist nun kommen / was zuvor gewesen ist: dazu verkündige ich auch etwas neues: das wil ich euch hören lassen / ehe dan es aufgehet.

II. 10. Singet dem HErrn ein neues Lied / sein Lob gehe vom äussersten End der Erden: die ihr euch auf das Meer begebet / u. alles / was darinn ist / die Insuln samt ihren Innwohnern.

11. Die Wüst erhebe sich samt ihren Städten: Cedar wird in Häusern wohnen: preiset ihn / die ihr auf den Felsen wohnet / sie werden von den Spitzen der Berg herab ruffen.

12. Sie werden dem HErrn Ehr geben / und sein Lob in den Insuln verkündigen.

III. 13. Der HErr wird außgehen / wie ein starcker Held / er wird Eifer erwecken / wie ein geübter Kriegsmann: Er wird ein Geschrey machen / und überlaut ruffen / er wird auch seinen Feinden überlegen seyn.

II. Exhortans universas gentes ad laudem & gratiarum actionem: 10.
III. Idololatræ graviter à Domino punientur. 13.
IV. Similiter & ingrati Judæi 18.

1. ECce servus meus *a*, suscipiam eum: electus *b* meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, judicium *c* Gentibus proferet.

Matth. 12. 18.
a ic. Christus, qui formam servi assumpsit.
b in ducem belli contra diabolum.
c i. justas leges.

2. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris.

3. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium.

4. Non erit tristis, neque turbulentus; donec ponat in terra judicium: & legem ejus insulæ *d* expectabunt.

d Gentes remotissimæ.

5. Hæc dicit Dominus Deus, creans cælos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam.

6. Ego Dominus vocavi te in justitia, & apprehendi manum tuam, & servavi te. *e* Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium:

e Infr. 49. 6.

7. ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

8. *f* Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam *g* meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.

f Infr. 48. 11.
g Redemptoris.

9. Quæ prima *h* fuerunt, ecce venerunt: nova quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

h prædicta anteà.

II. 10. Cantate Domino canticum novum *l*, laus ejus ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo ejus, insulæ, & habitatores earum.

l ob nova beneficia.

11. Sublevetur desertum, & civitates ejus: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt.

12. Ponent Domino gloriam, & laudem ejus in insulis nuntiabunt.

III. 13. Dominus sicut fortis egredietur *m*, sicut vir præliator suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

m ad judicandum.

14. Tacui semper, silui, patiens fui; sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul *n*.

n perdam simul.

15. Desertos faciam montes, & colles *nn*, & omne gramen eorum exiccabo, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.

nn i. destruam fana & idola in montibus.

16. Et ducam cæcos *o* in viam *oo*, quam nesciunt; & in semitis, quas ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.

o gentiles.
oo veritatis.

17. Conversi sunt retrorsum: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dii nostri.

IV. 18. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

19. Quis cæcus, nisi servus meus *p*? & surdus nisi ad quem nuntios *q* meos misi? quis cæcus, nisi qui venumdatus est? & quis cæcus, nisi servus Domini?

p sc. populus Israël.
q Prophetas & ipsum Christum.

20. Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?

21. Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

22. Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus juvenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde *r*.

r sc. ex captivitate.

23. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura?

24. Quis dedit in direptionem Jacob, & Israël vastantibus? nonne Dominus ipse, cui peccavimus? Et noluerunt in viis ejus ambulare, & non audierunt legem ejus.

25. Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognovit *s*: & succendit eum, & non intellexit.

s etiam cùm vastaretur.

CAPUT XLIII.

I. Prædicit Ecclesiæ felicitatem, ejus universo in orbe multiplicationem. I.

14. Ich hab allezeit geschwigen / habe mich still gehalten / und bin gedultig gewesen / jetzt wil ich reden / wie ein Weib in Kindsnöthen: Ich wil sie zertrennen / und zugleich verschlingen.

15. Ich wil Berg samt den Bühlen wüst machen / und all ihr Graß außdorren: auch wil ich die Ström zu Insuln machen / und die stehende Wasser außtrucknen.

16. Und die Blinde wil ich auf den Weeg führen / den sie nit wissen: und wil sie auf unbekannten Steigen lassen wandlen: die Finsternuß wil ich vor ihnen zum Liecht machen / und was krumm ist / zum richtigen Weeg: dise Wort *a* habe ich ihnen gethan / und habe sie nit verlassen.

17. Sie aber seynd zuruck getretten: in Schmach und Schanden sollen stehen / die auf geschnitzte Bilder vertrauen / die zu den gegossenen Bildern sagen: Ihr seyd unsere Götter.

IV. 18. Höret ihr Daube / und ihr Blinde / thut die Augen auf zu sehen.

19. Wer ist blind / als mein Knecht? und wer ist daub / dan der / zu welchem ich meine Botten außgesandt habe? Wer ist blind / als der verkaufft ist? und wer ist blind / dan der Knecht deß HErrn?

20. Der du vil sihest / wirstu es auch behalten? und der du offene Ohren hast / wirst du auch hören?

21. Und der HErr ist willens gewesen / ihn zu heiligen / damit er das Gesatz herrlich mache / und hoch erhebe.

22. Es ist aber ein geplündert und verwüstes Volck: alle seynd Strick der Jungen / und ligen in den Häusern der Kercker verborgen: sie seynd zum Raub worden / und ist niemand / der sie errette: sie seynd geplündert / und ist keiner / der sage: Gibs widerum.

23. Wer ist unter euch / der diß höre / und wohl darauf mercke / der auch darauf acht gebe / was hernach kommen wird?

24. Wer hat Jacob zum Raub übergeben / und Israel zur Verwüstung? hats nit der HErr selbst gethan / dem wir gesündiget haben? Und sie haben auf seinen Weegen nit wandlen / noch seinem Gesatz gehorchen wollen.

25. Darum hat er die Ungnad seines Grimms über ihn außgossen / und einen starcken Krieg / und er hat ihn rings herum verbrandt / wiewohl ers nit erkannt hat: er hat ihn auch angezündet / und er hats doch nit verstanden.

Das XLIII. Capitel.

I. Isaias verheißt der Kirchen / daß sich alle Völcker ihr werden untergeben; I.

II. Beweist / daß der Heyden Abgötter nit vermögen / was GOtt bey seinem Volck gethan / 9.
III. Erklärt die Wolthaten / welche GOtt durch Christum der Heydenschafft wolle beweisen / 18.

1. UNd nun diß sagt der HErr / der dich erschaffen hat / Jacob / und der dich gemacht hat / Israel: Förchte dir nit / dan ich hab dich erlöset / und genennet mit deinem Namen: Du bist mein.

2. Wan du durch Wasser gehen wirst / so wil ich bey dir seyn / und die Ström sollen dich nit überdecken: wan du im Feuer wandlen wirst / so solst du nit verbrennt werden / und die Flamm sol in dir nit brennen.

3. Dan ich der HErr dein GOtt / der Heilige Israel / dein Heyland / hab Egypten Morenland / und Saba für dich zu deiner Außsöhnung gegeben /

4. Weil du bist ehrenwehrt und herrlich worden vor meinen Augen: hab ich dich lieb gehabt / ich wil auch Menschen für dich geben, und Völcker für deine Seel.

5. Förchte dir nit / dan ich bin mit dir: Ich wil deinen Saamen vom Aufgang der Sonnen herzu führen / und wil dich vom Nidergang versammlen.

6. Ich wil gegen Mitternacht sagen: Gib sie her; und gegen Mittag: Wehre es nit: bringe meine Söhn von weitem herbey und meine Töchter vom End der Erden:

7. Und einen jeden / der meinen Namen anrufet / den hab ich zu meiner Herrligkeit *a* erschaffen / ich hab ihn gebildet / und hab ihn gemacht.

8. Führe das blinde Volck herauß / das doch Augen hat / und das daube Volck / das doch Ohren hat.

II. 9. Alle Heyden seynd zusammen kommen / und die Geschlecht haben sich versammlet: wer ist unter euch / der diß verkündigen möge / und uns wird hören lassen / was vormahl geschehen ist? Laß sie Zeugen darüber vorbringen / und sich rechtfertigen / laß sie hören und sagen: Es ist in der Warheit also.

10. Ihr seyd meine Zeugen / spricht der HErr / und mein Knecht den ich erwählet habe: damit ihrs wisset / und mir glaubet / und verstehet / daß ichs selbst bin. Vor mir ist kein Gott gemacht / so wird auch nach mir keiner seyn.

11. Ich bin / ich bin der HErr / und ohn mich ist kein Heyland.

12. Ich habs verkündiget / und hab geholffen: Ich habs hören lassen / und ist kein Fremder unter euch gewesen: ihr seyd meine Zeugen / spricht der HERR / und ich bin GOTT.

a Glory.

II. Enarrat præterita ac futura Dei erga populum suum beneficia, 9.
III. Quibus se solum verum Deum esse comprobans expostulat adversùs Judæorum ingratitudinem. 18.

1. ET nunc hæc dicit Dominus creans te Jacob, & formans te Israël: Noli timere, quia redemi *a* te, & vocavi te nomine tuo: meus es tu.

2. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaveris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te:

3. Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël salvator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthyopiam, & Saba pro te.

4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus: Ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.

5. Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente *b* adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

6. Dicam Aquiloni: Da; & Austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

7. Et omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam *c* meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.

8. Educ *d* foras *e* populum cæcum *f*, & oculos habentem; surdum, & aures ei sunt.

II. 9. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus *g*: quis in vobis annuntiet istud *h*, & quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorum, justificentur, & audiant, & dicant: Verè.

10. Vos testes mei, dicit Dominus, & servus meus, quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

11. *l* Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me salvator.

12. Ego annuntiavi *m*, & salvavi: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

13.

a ex captivitate Ægypti, & Babylon's, tandem & diaboli per Christum.
b i. omnibus plagis.
c veram & perpetuam.
d O Christe.
e è cœtu fidelium.
f sc. Judæorum.
g nationes.
h sc. mysterium.
l Osee 13.4.
m futuram salutem &c.

13. Et ab initio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis avertet illud?

14. Hæc dicit Dominus redemptor veſter, ſanctus Iſraël: Propter vos miſi *n* in Babylonem, & detraxi *o* vectes univerſos, & Chaldæos in navibus ſuis gloriantes.

n Cyrum.
o detraham & frangam fortes & fortalitia Chaldeorũ.

15. Ego Dominus ſanctus veſter, creans Iſraël, rex veſter.

16. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitam.

17. Qui eduxit quadrigam & equum: agmen & robuſtum: ſimul obdormierunt, nec reſurgent: contriti ſunt quaſi linum, & extincti ſunt.

III. 18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini *p*.

p q. d. omittamus antiqua.

1. Diß sagt der HErr: Gehe hinab in das Hauß deß Königs Juda / und rede daselbst diß Wort/ und sprich:

2. Höre deß HErrn Wort / du König Juda / der du auf dem Stuhl Davids sitzest: du / und deine Knecht/ und dein Volck / die ihr durch dise Thor eingehet.

3. Diß spricht der HErr: Thut Recht und Gerechtigkeit/ errettet den/ der mit Gewalt unterdrucket wird / aus der Hand deß Frevlers: betrübet und unterdrucket nit wider Recht die Frembdling/ die Waisen und Wittwen: vergiesset auch kein unschuldiges Blut an disem Ort.

4. Dan wo ihr diß Wort fleißig halten werdet / so werden die König vom Geschlecht Davids / die auf seinem Thron sitzen / durch die Thor dises Hauses hinein ziehen / sollen auf Wagen fahren / und auf Rossen reiten sie/ und ihre Knecht / samt ihrem Volck.

5. Wo ihr aber dise Wort nit höret / so hab ich bey mir selbst geschworen / spricht der HErr / diß Hauß sol zur Wüste werden.

6. Dan diß sagt der HErr vom Hauß deß Königs Juda: Galaad du bist mir das Haupt am Libano wo Ich dich nit wüst mache samt den Städten/ daß man sie nit bewohnen kan.

7. Dan Ich wil über dich heiligen einen Mann/ der würgen sol mit seiner Rüstung **a** / und sie werden deine auserwöhlte Cederbäum **b** abhauen/ und ins Feur werffen.

8. Und es werden vil Völcker durch dise Stadt hindurch ziehen: und wird ein jeglicher zu seinem Nächsten sagen: Warum hat der HErr diser grossen Stadt also gethan.

9. Und sie werden antworten: Darum daß sie den Bund deß HERRN ihres GOttes verlassen / und frembde Götter angebettet / und denselbigen gedienet haben.

II. 10. Weinet nit über den Todten **c** / und betrübet euch nit über sie: weinet über den / der hinauß ziehet und nimmer widerkommen / noch sein Vatterland widerum sehen wird.

11. Dan diß sagt der HErr zu Sellum / dem Sohn Josiä dem König Juda der an seines Vatters Josiä statt regieret hat/ der von disem Ort ausgezogen ist: Er wird nit widerum herkommen:

12. Sondern an dem Ort / dahin ich ihn geführet hab/ wird er sterben / und wird diß Land nit mehr sehen.

13. Weh dem / der sein Hauß mit Ungerechtigkeit bauet/ und seine Gemach mit Unrecht: Der sei-

a Waffen. **b** Häusser von Cederbäum. **c** Josiam.

1. HÆc dicit *a* Dominus: Descende in domum regis Juda, & loquêris ibi verbum hoc,

2. & dices: Audi verbum Domini rex *b* Juda, qui sedes super solium David: tu & servi tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas *c*.

3. Hæc dicit Dominus: *d* Facite judicium & justitiam *e*, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domûs hujus, reges sedentes de genere David super thronum ejus: & ascendentes currus & equos, ipsi & servi, & populus eorum.

5. Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso juravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc *ee*.

6. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Juda: Galaad *f* tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, urbes inhabitabiles.

7. Et sanctificabo *g* super te interficientem virum & arma ejus: & succîdent electas cedros tuas *h*, & præcipitabunt in ignem.

8. Et pertransibunt gentes multæ per civitatem hanc: & dicet unusquisque proximo suo: *l* Quare fecit Dominus sic civitati huic grandi?

9. Et respondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adoraverint deos alienos, & servierint eis.

II. 10. Nolite flere mortuum *m*, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum, qui egreditur *n*, quia non revertetur ultrà, nec videbit terram nativitatis suæ.

11. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Josiæ regem Juda, qui regnavit pro Josia patre suo, qui egressus est de loco isto: Non revertetur huc ampliùs:

12. sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit ampliùs.

13. Væ qui ædificat domum suam in injustitia, & cœnacula sua non in judicio:

a Ann. M. 3394 Ant. Christ. 610.
b Joachaz sive Sellum.
c palatii regii.
d Supr. 21. 12.
e judicium justum.
ee sc. regia.
f i. Jerusalem alieno nomine vocatur, quia alienata à Deo.
g Chald. præparabo.
h magnificas domos.
l Deut. 29. 24. 3. Reg. 9. 8.
m Josiam regem optimum.
n Sellum sive Joachasum ab rege Ægypti captivum ductum. 4. Reg. 23. 30. & 33. & 2. Par. 36. 4.

amicum suum opprimet *o* frustra *p*, & mercedem ejus non reddet ei.

14. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide *r*.

15. Numquid regnabis quoniam *s* confers te cedro? pater tuus numquid non comedit & bibit, & fecit judicium & justitiam tunc cum bene erat ei?

16. Judicavit causam pauperis & egeni in bonum suum: numquid non ideò quia cognovit me, dicit Dominus?

17. Tui verò oculi & cor ad avaritiam, & ad sanguinem innocentẽ fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.

18. Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ regem Juda: Non plangent eum: Væ frater & væ soror: non concrepabunt *t* ei: Væ Domine, & væ inclyte.

19. Sepulturâ asini sepelietur, putrefactus & projectus *u* extra portas Jerusalem.

20. Ascende *x* Libanum *y*, & clama *z*: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.

21. Locutus sum ad te in abundantia *a* tua; & dixisti: non audiam: hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam.

22. Omnes pastores tuos pascet ventus *b*, & amatores tui in captivitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubesces ab omni malitia tua.

23. Quæ sedes in Libano *c*, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti *d*, cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?

24. Vivo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Jechonias *e* filius Joakim regis Juda, annulus *f* in manu dextera mea, inde evellam eum.

25. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.

26. Et mittam te, & matrem tuam,

o laboribus.
p sine mercede.
r rubrica optima, sc. ex Sinope urbe Ponti.
s ex superbia.
t non eam plangent.
u *Infr.* 36. 30.
x Jerusalem.
y loca edita
z petens auxilium.
a prosperitate.
b spes vana.
c Domibus ex cedris.
d congeminabis gemitus.
e Qui & Joachim (4. *Reg.* 23. 7. 8. & 2. *Par.* 36 8.) Hic Patri Joakimo successit ann. Mund. 3405. Ant. Christ. 599. *Vid. not. ad lib.* 1. *Paral.* 3.
f conjunctissimus mihi.

nen Nächsten ohn Ursach unterdruckt / und gibt ihm seinen verdienten Lohn nit.

14. Der spricht: Ich wil mir ein grosses Hauß bauen / und raume *a* Gemach drunnen: der ihm offene Fenster darein machet / und tafelt es mit Cedern Taflen / und laßt es mit **b** Farb mahlen.

15. Wirstu darum König bleiben / dieweil du dich mit dem Cederbaum vergleichest? hat dein Vatter nit geessen / und getruncken / u. Recht u. Gerechtigkeit zu der Zeit gethan / da es ihm wohl gieng?

16. Er hat den Armen und Dürfftigen in ihren Sachen Recht geschaffet / ihm selbst zum besten: Ist das nit darum geschehen / dieweil er mich erkañt hat / spricht der HERR.

17. Aber deine Augen / und dein Hertz trachten nach dem Geitz / und unschuldiges Blut zu vergiessen und Gewalt zu üben / und im Bösen fortzugehẽ.

18. Darum sagt diß der HERR zu Joakim / dem Sohn Josia / dem König Juda: Sie werden ihn nit beweinen: Ach Bruder / ach Schwester: Sie werden nit über ihn schreyen: Ach Herr / ach Edler.

19. Man wird ihn begraben wie einen Esel / er sol verfaulen / und vor die Pforten zu Jerusalem hinweg geworffen werden.

20. Gehe hinauf auf den Libanum / und schreye / laß deine Stimm zu Basan hören / ruff zu denen / die vorüber gehen: dan alle deine Liebhaber seynd vertilget.

21. Ich hab in deinem Wohlstand **c** zu dir geredt: aber du sprachest: Ich wils nit hören. Diß ist deine Weiß von deiner Jugend an / daß du meiner Stimm nit hast gehorchen wollen.

22. Der Wind wird alle deine Hirten speisen / und deine Liebhaber werden ins Gefängnuß gehen: alsdan wirst du zu Schanden werden / und wirst wegen aller deiner Boßheit schamroth stehen.

23. Die du im Libano deinen Sitz hast / und auf den Cedern nistest / wie wirst du seufftzen / wan dich die Schmertzen überfallen werden / wie eines Weibs in Kinds-Nöthen.

24. So wahr ich lebe / spricht der HErr / wan Jechonias der Sohn Joakim / deß Königs Juda / schon ein Ring wäre an meiner rechten Hand / so wolte Ich ihn doch davon abreissen.

25. Und Ich wil dich übergeben in die Hand der jenigen / die nach deiner Seel trachten / in die Hand / vor deren Angesicht du dir förchtest / in die Hand Nabuchodonosor deß Königs zu Babylon / und in die Hand der Chaldeer:

26. Und wil dich / und deine Mutter / die dich ge-

a weite. b rother Farben. c Uberfluß.

bohren

bohren hat/in ein frembdes Land schicken / darinn ihr nit gebohren seyd: und daselbst sollet ihr sterben.

27. Aber in das Land/ darnach ihre Seel Verlangen hat / wider dahin zu kommen / sollen sie nit widerkommen.

28. Ist nit diser Mann Jechonias / ein Erden- und zerbrochenes Geschir? Ist er nit ein Geschirr/ dazu niemand Lust hat? Warum seynd sie also verstossen / er und sein Saamen / und hinweg geworffen in ein Land/ das sie nit gekannt haben.

29. O Land b/ Land / Land / höre deß HErrn Wort:

30. Diß spricht der HERR: Schreibe disen Mann für unfruchtbar an / für einen Mann / der in seinen Tagen kein Glück wird haben: dan es wird niemand seyn von seinem Saamen / der auf dem Sthul Davids sitze / und hinführo in Juda Gewalt habe.

Das XXIII. Capitel.

I. Jeremias verheißt dem Hauß David an statt der falschen Hirten / ein gerechten und weisen König / Christum selbsten/ 1.
II. Strafft die falsche Propheten/ wegen ihrer Lugen / Ehebrüch/ und anderer Laster/ 9.
III. Drohet ihnen den Zorn und Rach GOttes/ 19.

1. WEh den Hirten / so die Heerd meiner Weid zerstreuen und zerreissen / spricht der HERR:

2. Darum sagt diß der HErr / der GOtt Israel zu den Hirten / die mein Volck weiden: Ihr habt meine Heerd zerstreuet/und hinaus gestossen / und habt sie nit heimgesucht: sihe / Ich wil euch heimsuchen um der Boßheit willen eurer Anschläg/ spricht der HErr.

3. Und Ich wil die übrige von meiner Heerd versammlen aus allen Landen/ dahin Ich sie verstossen hab: und wil sie widerum zu ihren Aeckeren bringen: und sie sollen wachsen und sich mehren.

4. Und Ich wil Hirten über sie erwecken / und sie werden sie weiden: sie werden sich hinführo nit förchten / noch zaghafft seyn: und keines wird an der Zahl manglen/ spricht der HErr.

5. Sihe/ es kommen die Täg/spricht der HErr/ daß Ich dem David ein gerechtes Gewächs a erwecken werde: und der König wird herrschen/ und weiß seyn / und Er wird Recht und Gerechtigkeit thun auf Erden.

6. In denselben Tagen sol Juda geholffen werden/ und Israel wird sicher wohnen: und diß ist der Nam / damit sie ihn nennen werden: Der HErr/ unser Gerechte.

b O Erden/ a Zweig.

quæ genuit te, in terrram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini:

27. & in terram *ff* ad quam ipsi levant *g* animam suam ut revertantur illuc: non revertentur.

28. Numquid vas fictile atque contritum vir iste Jechonias? numquid vas absque omni voluptate? quare abjecti sunt ipse & semen ejus, & projecti in terram, quam ignoraverunt?

29. Terra *h*, terra, terra, audi sermonem Domini.

30. Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem *k* virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David: & potestatem habeat ultrà in Juda.

ff Juda. *g* levabunt optando. *h* incolæ terræ. *k* sine successore in regno.

CAPUT XXIII.

I. Dominus promittit reliquiis gregis pastores sc. Apostolos, germen David i. Christum, & sub eo magnam ovium felicitatem: 1
II. Arguit pseudoprophetarum scelera, quòd populum decipiant. 9.
III. Comminatur absque missione prophetantibus & sermonem Domini irridentibus. 19.

1. VÆ pastoribus *a*, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus.

2. Ideo hæc dicit *b* Dominus Deus Israël ad pastores, qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.

3. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc: & convertam eos ad rura sua: & crescent & multiplicabuntur.

4. Et *c* suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabunt ultrà, & non pavebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.

5. *d* Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen *e* justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet judicium & justitiam in terra.

6. In diebus illis salvabitur Juda, & *f* Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus *g* justus noster.

a Chald. gubernatoribus. *Ezech.* 13. 3. & 34. 2. *b* Prædicit secundò Judicia adversùs regiam stirpem, & magistratus, consolationem subjiciens de instauratione per Christū. *c Sup.* 15. 15. *d Isai.* 4. 2. 40. 11. & 45. 8. *Infr.* 33. 14. *Ezech.* 34. 11. *Dan.* 9. 24. *Joan.* 1. 45. *e* Chald. Messiam. *f Deut.* 33. 28. *g* sc. Christ' Deus Hebr. Jehova quod soli Deo convenit.

7. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent ultrà: Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de Terra Ægypti:

h Sup. 16. 14. 8. Sed: *h* Vivit Dominus, qui eduxit & adduxit ſemen domûs Iſraël de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas ejeceram eos illuc: & habitabunt in terra ſua.

i Chald. pſeudoprophetas. II. 9. Ad prophetas *i*: Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino,

k propter. à facie Domini, & à facie *k* verborum ſanctorum ejus.

l calamitatis. 10. Quia adulteris repleta eſt terra, quia à facie maledictionis *l* luxit terra, arefacta ſunt arva deſerti: factus eſt curſus

m juſtitiæ & divinæ voluntati. eorum malus, & fortitudo eorum diſſimilis *m*.

11. Propheta namque & ſacerdos polluti ſunt: & in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus.

12. Idcircò via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferã enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus.

n alii Baalim, Chald. nomine idolorum. 13. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal *n*, & decipiebant populum meum Iſraël.

14. Et in prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii: & confortaverunt manus peſſimorum, ut non converteretur unusquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores ejus quaſi Gomorrha.

o ſc. falſos 15. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas *o*: Ecce *p* ego cibabo

p Sup. 9. 15. eos abſinthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Jeruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.

pp Infr. 27. 9. & 29. 8. 16. Hæc dicit Dominus exercituum: *pp* Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini.

q 70. abjiciunt verbũ meum. 17. Dicunt his, qui blaſphemant *q* me: Locutus eſt Dominus: *r* Pax erit vobis:

r Sup. 5. 12 & 14. 13. & omni qui ambulat in pravitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum.

s ſc. ex iſtis. 18. Quis *s* enim affuit in conſilio Do-

7. Darum ſihe/ es kommen die Tag ſpricht der HErr/ daß man nit mehr ſagen wird: So wahr der HErr lebet/ der die Kinder Iſrael aus Egyptenland geführet hat:

8. Sondern/ ſo wahr der HErr lebet/ der den Saamen deß Hauſes Iſrael außgeführet/ und hergebracht hat aus dem Land gegen Mitternacht/ und aus allen Landen/ dahin Ich ſie verſtoſſen hatte: und ſie werden in ihrem Land wohnen.

II. 9. Zu den Propheten: Mein Hertz iſt mir im Leib zerbrochen/ alle meine Gebein zittern: Ich bin worden/ wie ein trunckener Mann/ und wie ein Mann/ der voll Weins iſt/ vor dem Angeſicht deß HERRN/ und vor ſeinen heiligen Worten.

10. Dan das Land iſt voll Ehebrecher/ dan das Land iſt wegen deß Fluchs voll Traurens/ die Aecker an der Wüſte seynd verdörret: Ihr Lauff iſt böß/ und ihre Stärck iſt ungleich.

11. Dan die Propheten u. die Prieſter ſeynd unrein: und Ich hab ihre Boßheit in meinem Hauß gefunden/ ſpricht der HErr.

12. Darum wird ihr Weeg ſeyn/ wie ein ſchlipfferiger Weeg im Finſtern/ darauf ſie ſtrauchlen und fallen werden: dan Ich wil Unglück über ſie führen/ das Jahr ihrer Heimſuchung/ ſpricht der HErr.

13. Ich hab auch an den Propheten zu Samaria Thorheit geſehen: ſie weiſſagten durch Baal/ und betrogen mein Volck Iſrael.

14. Aber an den Propheten zu Jeruſalem hab Ich ein Weeſen geſehen/ gleich den Ehebrecheren/ und ihr Wandel iſt in Lugen: ſie ſtärcken die Händ der Allerboßhafftigſten/ damit ſich niemand von ſeiner Boßheit bekehre: ſie ſeynd mir alle zuſammen worden/ wie Sodoma/ und ihre Innwohner wie Gomorrha.

15. Darum ſagt diß der HErr der Heerſchaaren zu den Propheten: Sihe/ Ich wil ſie mit Wermut ſpeiſen/ und mit Gallen tráncken: dan von den Propheten zu Jeruſalem iſt die Unſauberkeit in das gantze Land ausgangen.

16. Diß ſagt der HErr der Heerſchaaren: Höret die Wort der Propheten nit/ die euch weiſſagen und betrügen: ſie reden ihres Hertzen Geſicht/ und nit aus dem Mund deß HErrn:

17. Sie ſagen zu denen/ die mich láſteren: Der HErr hats geredt: Es wird Frid über euch ſeyn: und zu einem jeglichen/ der in der Boßheit ſeines Hertzen wandlet/ ſprechen ſie: Kein Unglück wird über euch kommen.

18. Dan wer iſt im Rath deß HErrn geweſen/

der seine Red gesehen und gehöret hat? Wer hat
auf sein Wort acht genommen / und dasselbige ge-
höret.
III. 19. Sihe/es wird der Grimm deß HERRN/
wie ein Sturmwind von ihm ausgehen / und ein
Ungewitter wird hervor brechen / und wird den
Gottlosen auf das Haupt kommen.
20. Und wird sich der Grimm deß HErrn nit
zuruck wenden/ biß Er thue/und ins Werck richte a
was Er in seinem Hertzen gedacht hat: in den letz-
ten Tagen werdet ihr seinen Rathschlag verstehen.
21. Ich sandte die Propheten nit / und gleich-
wohl lieffen sie: Ich redete auch nit zu ihnen / und
gleichwohl weissagten sie.
22 Wären sie in meinem Rath gestanden/und
hätten meine Wort meinem Volck verkündiget/so
hätte Ich sie freylich von ihrem bösen Weeg / und
von ihren verkehrten Gedancken abgewendet.
23. Meynest du dan/daß Ich ein GOtt bin nur
von nahem b/ spricht der HErr/ und nit ein GOtt
von fernen.
24. Wird sich ein Mann am geheimen Ort wohl
verbergen können/ daß Ich ihn nit sehen sol/ spricht
der HErr? Erfülle ich nit Himmel und Erden /
spricht der HErr?
25 Ich hab wohl gehört/was die Propheten ge-
sagt haben da sie Lugen weissagten in meinem Na-
men/ und sprachen: Ich hab getraumet / ich hab
getraumet.
26. Wie lang ist solches im Hertzen der Pro-
pheten/ welche Lugen verkündigen / und ihres Her-
tzen Verführungen weissagen?
27. Sie wollens dahin bringen daß mein Volck
meines Namens vergessen sol / um ihrer Träum
willen/ die ein jeglicher seinem Nächsten verzehlet:
wie dan ihre Vätter auch meines Namens verges-
sen haben um Baals willen.
28. Ein Prophet/der einen Traum hat/ der er-
zehle seinen Traum: und wer mein Wort hat / der
rede mein Wort in der Warheit: Was ist aber
Spreu gegen Waitzen/ spricht der HErr?
29. Seynd meine Wort nit wie Feur / spricht
der HErr und wie ein Hammer/ so den Felsen zer-
schmettert.
30. Darum sihe / Ich wil an die Propheten /
spricht der HErr die meine Wort stehlen/ein jegli-
cher von seinem Nächsten.
31 Sihe/ Ich wil an die Propheten/ spricht der
HERR/ die ihre Zungen brauchen/ und sprechen:
Das sagt der HERR.
32. Sihe Ich wil an die Propheten/ die lugen-
hafftige Träum haben/ spricht der HERR / und

a vollbringe. b sehend.

mini, & vidit & audivit sermonem ejus?
quis consideravit verbum illius & au-
divit?
III. 19. t Ecce turbo u Dominicæ indig-
nationis egredietur, & tempestas
erumpens super caput impiorum ve-
niet.
20. Non revertetur furor Domini,
usque dum faciat, & usque dum compleat
cogitationem cordis sui: in novissimis
diebus intelligetis consilium ejus.
21. u Non mittebam prophetas, & ipsi
currebant: non loquebar ad eos, & ipsi
prophetabant.
22. Si stetissent in consilio meo, & nota
fecissent verba mea populo meo, avertis-
sem x utique eos à via sua mala, & à cogi-
tationibus suis pessimis,
23. Putasne Deus è vicino y ego sum,
dicit Dominus? & non Deus de lon-
gè z?
24. Si occultabitur vir in absconditis:
& ego non videbo eum, dicit Dominus?
numquid non cælum & terram ego im-
pleo, dicit Dominus?
25. Audivi quæ dixerunt prophetæ,
prophetantes in nomine meo menda-
cium, atque dicentes: Somniavi, som-
niavi.
26. Usquequò istud est in corde pro-
phetarum vaticinantium mendacium, &
prophetantium seductiones cordis sui?
27. Qui volunt facere ut obliviscatur
populus meus nominis mei propter som-
nia eorum, quæ narrat unusquisque ad
proximum suum: sicut obliti sunt patres
eorum nominis mei propter Baal.
28. Propheta, qui habet somnium, nar-
ret somnium a: & qui habet sermonem
meum, loquatur sermonem meum verè:
quid paleis b ad triticum c, dicit Dominus?
29. Numquid non verba mea sunt qua-
si ignis, dicit Dominus: & quasi malleus
conterens petram?
30. Propterea ecce ego ad prophetas,
ait Dominus, qui furantur verba mea
unusquisque à proximo suo d.
31. Ecce ego ad prophetas, ait Domi-
nus: qui assumunt linguas suas, & ajunt:
Dicit Dominus.
32. Ecce ego ad prophetas somniantes
mendacium, ait Dominus: qui narrave-
runt

t infr. 30. 14
u vehementia.
u Infr. 27. 15. & 29. 9.
x Chald. 70. & Hebr. avertissent.
y tempore vel loco, sc. ut idola.
z sc. æternus sum & immensus.
a sicut somnium, & non ut visionem.
b verbis hominum.
c Verbum Dei.
d sc. veris prophetis, quorum dicta mendacus deir contaminant.

runt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: cùm ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

33. Si igitur interrogaverit te populus iste, vel propheta *e*, aut Sacerdos, dicens: Quod est onus *f* Domini? dices ad eos: Vos estis onus, projiciam quippe vos, dicit Dominus.

34. Et propheta, & Sacerdos, & populus qui dicit *g*: Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domum ejus.

35. Hæc dicetis *h* unusquisque ad proximum, & ad fratrem suum: Quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus?

36 & onus Domini ultrà non memorabitur, quia onus erit *l* unicuique sermo suus: & pervertistis verba Dei viventis, Domini exercituum Dei nostri.

37. Hæc dices ad prophetam: Quid respondit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus?

38. Si autem onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominus: Quia dixistis sermonem istum: Onus Domini: & misi ad vos, dicens: Nolite dicere: Onus Domini:

39. propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & civitatem, quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea.

40. *m* Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur.

e i. falsus, Chald. scriba. *f* prophetia de calamitate. *g* irronicè, & per ludum. *h* modestè & humiliter interrogantes. *l* punietur ob talem irrisionem. *m* Sup. 20. 11.

CAPUT XXIV.

I. Calathus bonarum ficuum designat captivos in Babylonia Judæos, quos Dominus reducet in terram suam: 3.
II. Calathus malorum ficuum significat Sedeciam cum suis, quos dabit Dominus in opprobrium & maledictionem. 8.

1. Ostendit *a* mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit *b* Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam filium Joakim regem Juda, & principes ejus, & fabrum *c*, & inclusorem *d* de Jerusalem, & adduxit eos in Babylonem.

2. Calathus unus ficus bonas habebat

a in visione *b* Anno M. 3405. Ant. Christ. 599. *c* i. fabros & artifices *d* i. peritos, castra metandi, vallo includendi. &c. 4. Reg. 24. v. 16.

dieselbige erzehlen/ und mein Volck mit ihren Lugen / und Wunderwerck verführen: da Ich sie doch nit gesandt / noch ihnen etwas befohlen hab / und seynd disem Volck nichts nutz gewesen / spricht der HERR.

33. Wan dich dan diß Volck/oder ein Prophet/ oder ein Priester fragen wird/ und sprechen: Was ist die Last deß HErrn? So solst du ihnen sagen: Ihr seyd die Last: Dan Ich wil euch verwerffen / spricht der HErr.

34. Und wan ein Prophet/oder ein Priester/oder ein Volck ist/das sagt: Die Last deß HErrn: so wil Ich denselben Mann / und sein Hauß heimsuchen.

35. Diß sollet ihr/ ein jeglicher zu seinem Nächsten/ und zu seinem Bruder sagen: Was hat der HERR geredt?

36. Aber von der Last deß HERRN sol man hinführo keine Meldung thun: dan einem jeglichen wird sein eygnes Wort eine Last seyn: dan ihr habt die Wort deß lebendigen GOttes/deß HErrn der Heerschaaren unsers GOttes verkehret.

37. Diß solst du zu den Propheten sagen: Was hat der HERR dir geantwortet? und was hat der HERR gesagt?

38. Wan ihr nun saget: Die Last deß HErrn/ so sagt diß der HErr: Dieweil ihr das Wort geredt habt: Last deß HErrn: Ich aber hab zu euch gesandt/ und hab euch anzeigen lassen: Ihr sollet nit sagen: Last deß HErrn:

39. Darum sihe/ Ich wil euch nehmen/ und hinweg tragen/ und wil euch samt diser Stadt/die Ich euch und euren Vättern gegeben hab/ von meinem Angesicht hinweg schaffen.

40. Und Ich wil euch in ewige Schand / und zu ewiger Schmach übergeben/ so nimmer sol ausgelöscht werden.

Das XXIV. Capitel.

I. Unter der Figur zweyer Körb wird vorbedeut / daß Jechonias widerum sol erhöhet werden; 3.
II. Sedecias aber mit den Seinigen zu Grund gehen. 8.

1. DEr HErr zeigte mir im Gesicht: und sihe/ es waren zween Körb voll Feigen vor dem Tempel deß HErrn gesetzt/ nachdem Nabuchodonosor der König von Babylon/ Jechoniam den Sohn Joakim den König Juda / und seine Fürsten/ samt den Werckmeistern und Goldschmiden von Jerusalem hinweg geführet / und gen Babylon gebracht hatte.

2. In dem einen Korb waren trefflich gute Feigen /

Feigen / wie die frühzeitige Feigen pflegen zu seyn : Im andern aber waren sehr böse Feigen/ die man nit essen kunte / darum / daß sie böß waren.

I. 3. Und der HErr sprach zu mir : Was sihest du / Jeremia ? Und ich sprach : Feigen / gute Feigen/ die sehr gut seynd : und böse Feigen / die sehr böß seynd : die man nit essen kan / darum / daß sie böß seynd.

4. Da geschahe deß HErrn Wort zu mir / und sprach:

5. Diß sagt der HErr/der GOtt Israel: Gleichwie dise Feigen gut seynd / also wil Ich im Guten erkennen die Gefangene Juda / die Ich aus disem Ort in der Chaldeer Land hab geschickt.

6. Und Ich wil sie mit meinen gnädigen Augen ansehen/zur Versöhnung/und sie widerum führen in diß Land : Ich wil sie erbauen/ und nit zerstören: Ich wil sie pflantzen/ und nit ausrupffen.

7. Dazu wil Ich ihnen ein Hertz geben / daß sie mich erkennen / daß Ich der HErr bin : Und sie werden mein Volck seyn so wil Ich auch ihr GOtt seyn: dan sie werden sich von gantzem Hertzen zu mir bekehren.

II. 8. Und gleichwie die andere Feigen böß seynd / daß man sie nit essen kan / dieweil sie gar böß seynd : also wil Ich / spricht der HErr / Sedeciam den König Juda übergeben und seine Fürsten mit ihm/ und die übrige zu Jerusalem welche in diser Stadt seynd verbliben/ sambt denen / die in Egyptenland wohnen.

9. Und wil sie allen Königreichen auf Erden zu plagen/ und zu beleydigen übergeben / sie sollen zur Schmach/ zum Sprichwort/ zur Fabel / und zum Fluch werden an allen Orten / dahin Ich sie verstossen habe.

10. Ich wil das Schwerdt/ Hunger / und Pestilentz unter sie schicken biß sie vertilget werden aus dem Land/ das Ich ihnen und ihren Vättern gegeben habe.

Das XXV. Capitel.

I. Die Juden und alle umligende Völcker werden den Babylonern sibentzig Jahr lang dienen/ 1.
II. Und den Kelch deß Göttlichen Zorns trincken/ 15.

III. GOTT wird über sie seine Stimm erheben/wie ein brüllender Löw/ daher Schröcken / und grosses Sterben unter sie wird kommen/ 30.

1. DAs Wort / so über das gantze Volck Juda zu Jeremia geschehen ist im vierdten Jahr Joakim deß Sohns Josiä / deß Königs Juda (ist

nimis, ut solent ficus esse primi temporis: & calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eò quòd essent malæ.

I. 3. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Ficus, ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eò quòd sint malæ.

4. Et factum est verbum Domini ad me dicens:

5. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationem Juda, quam emisi de loco isto in Terram Chaldæorum, in bonum.

6. Et ponam oculos meos *e* super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non destruam: & plantabo eos, & non evellam.

7. Et dabo eis cor *f* ut sciant me, quia ego sum Dominus: *g* & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia revertentur ad me in toto corde suo.

II. 8. *h* Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eò quòd sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Juda, & principes ejus, & reliquos de Jerusalem, qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in Terra Ægypti *l*.

9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam *m*, & in proverbium *n*, & in maledictionem in universis locis, ad quæ ejeci eos.

10. Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem: donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAPUT XXV.

I. Nolentibus audire adhortantem ad pœnitentiam, prædicit captivitatem septuaginta annorum: 1.
II. Item calicem furoris Domini: 15.
III. Ululatum prænuntiat & interfectionem pastoribus ac optimatibus. 30.

1. VErbum, quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno *a* quarto Joakim filii Josiæ regis Juda,

e benignè respiciam.
f docile legis.
g Sup. 7. 23 Infr. 18. 6.
h Infr. 29. 17.
l qui contra monita Jeremiæ in Ægyptum fugerant.
m ut miseri comparentur Judæis.
n Chald. in fabulam.
a Ann. M. 3397. Ant. Chr. 607. quia propheta non servat ordinem temporis. Menock. Tirin.

b Hoc anno in societatem regni à patre assumpti, ut eum mitteret contra satrapam Cœlesyriæ, qui ad Ægyptum defecerat. *Beros. apud Joseph. & Euseb.*

da (ipse est annus primus Nabuchodonosor *b* regis Babylonis)

2. Quod locutus est Jeremias propheta ad omnem populum Juda, & universos habitatores Jerusalem, dicens:

3. A tertio decimo anno Josiæ filii Ammon regis Juda usque ad diem hanc: iste tertius & vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens: & non audistis.

4. Reg. 17. 13. Sup. 18. 11. Infr. 35. 15

4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculò *c*, mittensque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras ut audiretis,

c tempestivè, studiosè, sc. per prophetas.

5. cùm diceret: Revertimini unusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris, à sæculo & usq; in sæculū.

6. Et nolite ire post deos alienos, ut serviatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos.

7. Et non audistis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.

8. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audistis verba mea:

9. ecce ego mittam, & assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum *d*: & adducam eos super terram istam, & super habitatores ejus, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas *e*.

d servientē mihi, ut per eum vos puniam.

e i. diuturnas.

10. Perdamque ex eis vocem gaudii & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.

f 2. Par. 36. 21. 1. Esdr. 1. 1. Infr. 26. 6. & 29. 10. Dan. 9. 2.

11. *f* Et erit universa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis *g*.

g usque ad Cyrum.

12. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis,

das erste Jahr Nabuchodonosor deß Königs von Babylon.)

2. Und welches der Prophet Jeremias zum gantzen Volck Juda hat geredt/ und zu allen Innwohnern zu Jerusalem/ sprechend:

3. Vom dreyzehenden Jahr an Josiä deß Sohns Ammon/ deß Königs Juda/ biß auf den heutigen Tag/ ist diß das drey und zwantzigst Jahr/ daß deß HERRN Wort zu mir geschehen ist: und ich hab zu euch geredt/ bin bey der Nacht aufgestanden/ und hab geredt: aber ihr habts nit gehöret.

4. So hat der HErr auch alle seine Knecht die Propheten zu euch gesandt/ hat sich deß Morgens früh aufgemacht/ und sie ausgeschickt/ so habt ihr doch nit hören wollen/ noch eure Ohren neigen aufzumercken/

5. Da Er sprach: Kehret wider/ ein jeglicher von seinem bösen Weeg/ und von euren sehr bösen Gedancken: so sollet ihr immer und ewiglich in dem Land wohnen/ das der HErr euch und euren Vättern gegeben hat.

6. Gehet den frembden Göttern nit nach/ ihnen zu dienen/ und sie anzubetten: und reitzet mich nit zum Zorn durch die Werck eurer Händen/ so wil Ich euch auch nit plagen.

7. Und ihr habt mich nit gehöret/ spricht der HERR/ auf daß ihr mich durch die Werck eurer Händen zum Zorn reitztet/ euch selbst zum Unheil.

8. Darum sagt diß der HERR der Heerschaaren: dieweil ihr meine Wort nit gehöret habt/

9. Sihe/ so wil Ich hinschicken/ und alle Geschlecht gegen Mitternacht zu mir nehmen/ spricht der HERR/ auch Nabuchodonosor den König von Babylon/ meinen Knecht: und wil sie über diß Land bringen/ und über die/ so drinnen wohnen/ und über alle Völcker/ die rings herum ligen: und Ich wil sie erwürgen/ und wil sie zum Schröcken und zum Spott/ und zur ewigen Wüsten machen.

10. Ich wil die Stimm der Freud/ und die Stimm deß Frolockens/ die Stimm deß Bräutigams/ und die Stimm der Braut/ darzu die Stim̃ auf der Mühlen/ und das Liecht der Leuchten von ihnen hinweg nehmen.

11. Und diß gantze Land sol zu einer Wüsten/ und zum Schröcken werden: und alle dise Völcker sollen dem König von Babylon sibentzig Jahr lang dienen.

12. Wan aber die sibentzig Jahr erfüllet seynd/ alsdan wil Ich den König zu Babylon heimsuchen/

chen / und diß Volck / spricht der HERR / um ihrer Sünd willen / und das Land der Chaldeer: und wil dasselbige zu einer ewigen Wüsten machen.

13. Und Ich wil über diß Land bringen alle meine Wort / die Ich wider dasselbige geredt hab: alles / was geschriben stehet in disem Buch / was Jeremias wider alle Völcker geweissaget hat:

14. Dan sie haben ihnen dienen müssen / ob es wohl starcke Völcker / und grosse König waren: so wil Ich ihnen nach ihren Wercken / und nach den Thaten ihrer Händen vergelten.

II. 15. Dan also spricht der HErr der Heerschaaren / der GOTT Israel: nimm den Kelch mit dem Wein dises Zorns von meiner Hand / und schencke daraus allen Völckern / zu welchen Ich dich senden werde.

16. Und sie werden trincken / und zittern / und von Sinnen kommen / vor dem Angesicht deß Schwerdts / das Ich unter sie schicken wil.

17. Und ich nahm den Kelch aus der Hand deß HErrn / und schenckte daraus allen Völckern / zu welchen der HErr mich gesandt hat:

18. Nemlich Jerusalem / und den Städten Juda / und ihren Königen / und Fürsten: daß Ich sie zur Wüste / und zum Schröcken / und zum Spott und zum Fluch übergeben wolle / wie es auf den heutigen Tag ist:

19. Auch Pharao / dem König in Egypten / und seinen Knechten / und seinen Fürsten / und seinem gantzen Volck /

20. Und allen ins gemein: allen Königen im Land Ausitis / und allen Königen im Land der Philister / und Ascalon / und Gaza / und Accaron / und den Uberblibenen zu Azoto,

21. Auch Edom / und Moab / und den Kindern Ammon:

22. Und allen Königen zu Tyro / und allen Königen zu Sidon: und den Königen in den Insuln / die jenseit deß Meers seynd.

23. Und Dedan / und Thema / und Buz / und allen / die geschorne Haar tragen:

24. Und allen Königen in Arabien / und allen Königen gegen Nidergang / die in der Wüste ihren Sitz haben:

25. Und allen Königen Zambri / und allen Königen Elam / und allen Königen der Meden:

26. Dazu allen Königen gegen Mitternacht / die nahe und weit gesessen seynd / einem jeglichen wider seinen Bruder: und allen Königen der Welt /

& ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

13. Et adducam ſuper terram illam, omnia verba mea, quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcumque prophetavit Jeremias adversùm omnes gentes:

14. Quia ſervierunt eis, cùm eſſent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm facta manuum ſuarum.

II. 15. Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Sume *h* calicem vini furoris hujus de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

h factum in viſione.

16. Et bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladii, quem ego mittam inter eos.

17. Et accepi *l* calicem de manu Domini, & propinavi cunctis gentibus, ad quas miſit me Dominus:

l in viſione imaginaria, Menoch.

18. Jeruſalem, & civitatibus Juda, & regibus ejus, & principibus ejus: ut darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta:

19. Pharaoni regi Ægypti, & ſervis ejus: & principibus ejus, & omni populo ejus,

20. & univerſis generaliter: cunctis regibus terræ Auſitidis *m*, & cunctis regibus terræ Philiſthiim, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquis Azoti,

m Chald. Hebr. 7o. Huſs.

21. & Idumææ, & Moab, & filiis Ammon:

22. Et cunctis regibus Tyri, & univerſis regibus Sidonis: & regibus terræ inſularum, qui ſunt trans mare.

23. Et Dedan, & Thema, & Buz, & univerſis qui attonſi ſunt in comam.

24. Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deſerto.

25. Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam *n*, & cunctis regibus Medorum:

n in Perſia.

26. cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longè, unicuiq; contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ

o Chald. Babylonis.

super faciem ejus sunt: & rex Sesach o bibet post eos.

27. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos.

28. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis:

p 1. Pet. 4. 17.

29. p quia ecce in civitate, in qua invocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.

q Joel. 3. 16. Amos 1. 2.

III. 30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos q: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celeuma quasi calcantium concinetur adversùs omnes habitatores terræ.

31. Pervenit sonitus usque ad extrema terræ, quia judicium Domino cum gentibus: judicatur r ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.

r q. d. quamvis judicet ipse, judiciū f. h't disceptans &c.

32. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.

33. Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ usque ad summum ejus: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium s super faciem terræ jacebunt.

s Chald. ut stercus.

t Chald. reges.

34. Ululate pastores t, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35. Et peribit fuga à pastoribus, & salvatio ab optimatibus gregis.

36. Vox clamoris pastorum, & ululatus optimatum gregis: quia vastavit Dominus pascua eorum.

---

die auf dem Erdboden seynd: und der König Sesach sol nach ihnen trincken.

27. Und du solst zu ihnen sagen: Diß sagt der HErr der Heerschaaren / der GOtt Israel: Trincket / daß ihr truncken werdet / und speyet / und fallet zu Boden / und stehet nit auf vor dem Schwerdt / das Ich unter euch senden wil.

28. Wan sie aber den Kelch von deiner Hand nit annehmen wollen / daß sie ihn trincken / so sprich zu ihnen: Diß sagt der HErr der Heerschaaren: Ihr werdet ihn wahrlich trincken müssen.

29. Dan sihe / in der Stadt / darüber mein Nam angeruffen ist / wil ich anfahen zu plagen: Sollet ihr dan von der Straff frey seyn / als wäret ihr unschuldig? Ihr sollet nit frey seyn: dan Ich ruffe das Schwerdt über alle / die auf dem Erdboden wohnen / spricht der HERR der Heerschaaren.

III. 30. So solst du ihnen nun alle dise Wort weissagen / und zu ihnen sprechen: Der HErr wird aus der Höh brüllen / und seine Stimm hören lassen aus seiner heiligen Wohnung: brüllend wird er brüllen über seine ziehrliche Wohnstatt: man wird ein fröhlich Lied singen / wie die Weintretter pflegen / wider alle / die auf dem Erdboden wohnen.

31. Der Schall wird gehen biß zum äussersten End der Erden: dan der HErr hat mit allen Heyden zu rechten: Er wird selbst mit allem Fleisch Gericht halten: Die Gottlose hab Ich dem Schwerdt übergeben / spricht der HERR.

32. Diß sagt der HErr der Heerschaaren: Sihe / es wird eine Plag von einem Volck zum andern gehen: und ein groß Ungewitter wird auskommen vom End der Erden.

33. Und die Erschlagene deß HERRN werden an dem Tag von einem End der Erden / biß zum andern End ligen: man wird sie nit beweinen / noch auffsammlen / noch begraben: Sondern sie werden wie Koth auf dem Erdboden verfaulen.

34. Heulet ihr Hirten / und schreyet: Bestreuet euch mit Aschen / ihr Fürnehmste unter der Heerd: Dan eure Täg seynd vollendet / daß man euch erwürgen sol: die Zeit eurer Zerstreuung ist da / ihr werdet zu Boden fallen / wie köstliche Geschirr.

35. Den Hirten wird die Außflucht benommen werden / und die Fürnehmste unter der Heerd werden nit entrinnen.

36. Da wird man der Hirten Geschrey hören / und das Heulen der Fürnehmsten unter der Heerd: dan der HErr hat ihre Weid verwüstet.

37. Und

37. Und die Aecker deß Friden *a* werden still ligen vor dem grimmigen Zorn deß HErrn.

38. Er hat seine Hütte verlassen / wie ein Löw / dan ihr Land ist wüst gemacht vor dem Zorn der Tauben / und vor dem grimmigen Zorn deß HERRN.

Das XXVI. Capitel.

I. Jeremias / aus Befehl GOttes / weissaget die Zerstöhrung Jerusalem / und deß Tempels / 1.
II. Kommt darum in Verhafftung und Gefahr deß Todts / 8.
III. Wird aber durch die Fürsten / insonderheit durch Ahicam vom Tod errettet / 16.

1. IM Anfang deß Reichs Joakim / deß Sohns Josiä / deß Königs Juda / geschahe diß Wort vom HErrn und sprach:

2. Diß sagt der HERR: Stehe im Vorhoff am Hauß deß HERRN / und rede zu allen Städten Juda / daraus sie kommen / im Hauß deß HErrn anzubetten / alle Wort / die Ich dir befohlen hab / ihnen zu sagen: Laß nit ein Wort dahinden /

3. Sie möchten villeicht hören / und sich bekehren / ein jeglicher von seinem bösen Weeg: so möchte mich das Ubel reuen / so ich ihnen um der Boßheit willen ihrer Anschläg zu thun bedacht bin.

4. Und solst zu ihnen sagen: Diß spricht der HErr: werdet ihr mich nit hören / daß ihr in meinem Gesatz wandelt / das Ich euch gegeben hab /

5. Und daß ihr höret die Reden meiner Knechten / der Propheten / die Ich zu euch gesandt habe / bey der Nacht auffstehend und zu euch sendend, wiewohl ihr sie nit gehöret habt:

6. So wil Ich diß Hauß übergeben / wie Silo und wil dise Stadt allen Völckern auf Erden zum Fluch machen.

7. Und die Priester samt den Propheten / und gantzem Volck höreten / daß Jeremias dise Wort redete im Hauß deß HErrn.

II. 8. Und nachdem Jeremias alles ausgeredt / was ihm der HErr befohlen hatte / daß ers zum gantzen Volck reden solte / ergriffen ihn die Priester und die Propheten / sambt dem gantzen Volck / und sprachen: Er sol deß Todts sterben.

9. Warum hat er im Namen deß HErrn geweissaget / und gesprochen: Diß Hauß sol werden wie Silo / und dise Stadt sol verwüstet werden / daß niemand darinn sol wohnen? Und das gantze Volck versammlete sich wider Jeremiam im Hauß deß HErrn.

10. Diß höreten die Fürsten Juda / und kamen aus dem Hauß deß Königs hinauf in das Hauß

a so zuvor im Friden gebaut wurden.

37. Et conticuerunt arva pacis à facie iræ furoris Domini.

38. Dereliquit *u* quasi leo umbraculum *x* suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ *y*, & à facie iræ furoris Domini.

CAPUT XXVI.

I. Prophetans Jeremias excidium Jerosolymorum nisi resipiscant, 1.
II. Comprehenditur à sacerdotibus & prophetis, 8.
III. Sed liberatur per principes seniores, ne occidatur prolatis exemplis Michææ & Uriæ prophetarum 16.

1. IN principio regni Joakim filii Josiæ regis Judæ, factum est verbum istud à Domino, dicens:

2. Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domûs Domini, & loquêris ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt ut adorent in domo Domini *a*, universos sermones, quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos: noli subtrahere verbum,

3. si fortè audiant & convertantur unusquisque à via sua mala: & pœniteat *b* me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea, quam dedi vobis,

5. ut audiatis sermones servorum meorum Prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte *c* consurgens, & dirigens *d*, & non audistis:

6. *e* Dabo domum istam sicut Silo, *f* & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7. Et audierunt sacerdotes, & prophetæ *g*, & omnis populus, Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

II. 8. Cumque complesset Jeremias, loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus ut loqueretur ad universum populum apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur.

9. Quare prophetavit in nomine *h* Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & urbs ista desolabitur, eò quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversùs Jeremiam in domo Domini.

10. Et audierunt principes Juda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in

X 3 domum

u sc. Deus.
x templum
y Dei alioqui mitissimi, vel Nabuchodonosor citò advolantis.

Anno M. 3395. Ant. Chr 609.

a sc. in festo Tabernaculorū, quando omnes mares, ex omnibus civitatibus tenebantur sistere se Hieros. *Deut.* 16. 16.
b 70. quiescam à malis. Chald. avertar à malo.
c diligenter, magna cum curâ.
d mittens
e 1. *Reg* 4. 2. & 20. 10.
f Sup 7. 12.
g i. legis doctores.
h prætendens nomē Domini.

domum Domini, & sederunt in introitu portæ domûs Domini novæ *l*.

l Chald. orientalis.

11. Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Judicium mortis *m* est viro huic, quia prophetavit adversùs civitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

m q. d. reus est mortis.

12. Et ait Jeremias ad omnes principes, & ad universum populum, dicens: *n* Dominus misit me, ut prophetarem ad domũ istam, & ad civitatem hanc omnia verba quæ audistis.

n Sup. 25. 11.

13. *o* Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est adversùm vos.

o Sup. 7. 3.

14. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris:

15. Verumtamen scitote & cognoscite *p* quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos *q*, & contra civitatẽ istã, & habitatores ejus; in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in aurib⁹ vestris omnia verba hæc

p Hebr. sciendo cognoscite id est certò.
q in vestram perniciem: qui clamabit contra vos vindictam.

III. 16. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas: Non est viro huic judicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri *r* locutus est ad nos.

r missus à Domino.

17. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes:

18. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Juda, & ait ad omnem populum Juda: dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: *s* Sion quasi ager arabitur *t*: & Jerusalem in acervum lapidum erit: & mons domûs in excelsa sylvarum.

s Mich. 3. 12.
t id est, ita vastabitur ut arari possit.

19. Numquid morte condemnavit eum Ezechias rex Juda, & omnis Juda? numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: & pœnituit *v* Dominum mali, quod locutus fuerat adversùm eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

v hactenus non fecit, ut faciet populo redeunte ad peccata.

20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Semei de Cariathiarim: & prophetavit adversùs civitatem istam, & adversùs terram hanc juxta omnia verba Jeremiæ.

deß HErrn / und setzten sich vor das neue Thor am Hauß deß HErrn.

11. Und die Priester / samt den Propheten redeten mit den Fürsten / und allem Volck / und sprachen: Diser Mann sol zum Todt verurtheilet werden: dan er hat wider dise Stadt geweissaget / wie ihr selbst mit euren Ohren gehöret habt.

12. Und Jeremias redete zu allen Fürsten / und zum gantzen Volck / und sprach: Der HErr hat mich gesandt / wider diß Hauß / und wider dise Stadt / alle die Wort zu weissagen / die ihr gehöret habt.

13. So bessert nun eure Weeg / und eure Anschläg / und höret die Stimm deß HErrn eures GOttes: so wird den HErrn das Ubel reuen / das Er wider euch geredt hat.

14. Aber sihe / ich bin in euren Händen: thut mir / wie es euch gut und recht dunckt vor euren Augen:

15. Gleichwohl sollet ihr das wissen und verstehen: wo ihr mich töôtet / so werdet ihr auf euch selbst / und auf dise Stadt / und ihre Innwohner unschuldiges Blut laden: dan der HErr hat mich warhafftig zu euch gesandt / alle dise Wort vor euren Ohren zu reden.

III. 16. Da sprachen die Fürsten / und das gantz Volck zu den Priestern / und zu den Propheten Diser Mann sol nit zum Tod verurtheilt werden dan er hat im Namen deß HErrn unsers GOttes zu uns geredt.

17. Derowegen stunden etliche Männer auf von den Aeltesten im Land / und redeten mit der gantzen Gemein deß Volcks und sprachen:

18. Michäas von Morasthi war ein Prophet in den Tagen Ezechiä deß Königs Juda und er redete zu allem Volck Juda / und sprach: Diß sagt der HErr der Heerschaaren: Man wird Sion pflügen / wie einen Acker: und Jerusalem sol zum Steinhauffen werden und der Berg deß Hauses / wie hochgewachsene Wälder.

18. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis.
19. Et panem meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quibus enutrivi te, posuisti in conspectu eorum in odorem suavitatis; & factum est, ait Dominus Deus.
20. Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi: & immolasti eis ad devorandum. *b* Numquid parva est fornicatio tua?
21. Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans, eis.

22. Et

n gratiæ. *o* sordes peccatorũ. *p* misericordiæ.
q similem inauri. *r* i. pulcherrimam.
s facta es regina.
t me contemnens. *u* quasi esses tui juris & libera.
x 70. idola *y* Chald. operta polymitis.
z ornamenta.
a deorum.
b igni, sc. in holocaustũ.

22. Et post omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ *c*, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.

c in Ægypto.

23. Et accidit post omnem malitiam tuam (væ, væ *d* tibi, ait Dominus Deus)

d væ peccanti, væ impœnitenti.

24. & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.

25. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & divisisti pedes tuos omni transeunti *e*, & multiplicasti fornicationes tuas.

e colens omne idolum.

26. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.

27. Ecce ego extendam manum meam *f* super te, & auferam justificationem tuam *g*: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata.

f percutientem. *g* legem & templum. 70. legitima.

28. Et fornicata es in filiis Assyriorum, eò quòd necdum fueris expleta: & postquam fornicata es, nec sic es satiata.

29. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis: & nec sic satiata es.

30. In quo mundabo *h* cor tuum, ait Dominus Deus; cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis?

h qua ratione.

31. Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens *i* pretium;

i quæ libidine satiata mercedem auget.

32. sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos.

33. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum.

34. Factúmque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio *k*: in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.

k sc. similis

II. 35. Propterea meretrix audi verbum Domini.

22. Und nachdem du alle deine Greul / und Hurerey begangen / hastu nit gedacht an die Tag deiner Jugend / da du nacket / und voller Schand / und in deinem Blut zertretten warest.

23. Und bey aller deiner Boßheit (Weh / weh dir / spricht GOtt der HErr)

24. Hastu dir Hurenhäuser gebauet / und Oerter gemacht zu gemeiner Unzucht auf allen Gassen:

25. Und an allen Ecken der Strassen hastu ein Zeichen deiner gemeinen Unzucht gebauet: und hast deine schöne Gestalt abscheulich gemacht / hast auch deine Bein gegen alle Vorüber gehende voneinander gethan / und vilfältige Unzucht getriben.

26. Du hast mit den Kindern Egypti / deinen Nachbarn / Unzucht getriben / welche groß vom Leib waren: und hast deine Hurerey *e* vermehrt / mich zu reitzen.

27. Sihe / so wil ich nun meine Hand über dich ausstrecken / und deine Gerechtigkeit hinweg nehmen: Ich wil dich deinen Feinden / den Töchtern der Philisther in ihren Willen übergeben / die sich schämen deines schändlichen Wandels halben.

28. Du hast auch mit den Kindern der Assyrier gehuret / dieweil du noch nit ersättiget warest: und nach dem du mit ihnen Unzucht getriben hast / so ist dirs noch nit genug gewesen.

29. Hast also im Land Chanaan mit den Chaldeern deine Unzucht vilfältig getriben: und bist damit auch noch nit ersättiget worden.

30. Womit sol ich doch dein Hertz reinigen / spricht GOtt der HErr / dieweil du alle dise freche Hurenstuck hast begangen?

31. Dan du hast im Eingang aller Strassen deine Hurenhäuser gebauet / u. deine Höhen gemacht auf allen Gassen: und bist nit gewesen / wie sonst eine Hur / welche mit Verdruß ihren Lohn steigert:

32. Sondern wie eine Ehebrecherin / die neben ihrem Mann frembde Männer zu sich einzieht *f*.

33. Allen andern Huren gibt man Lohn: aber du hast allen deinen Buleren Geld geben / und Gaben geschencket / daß sie von allen Seiten her zu dir hinein giengen / Unzucht mit dir zu treiben.

34. Und es ist mit dir in deiner Hurerey dem gemeinen Brauch der Weiber zuwider gangen / und nach dir wird keine solche Hurerey seyn: dan in dem / daß du Lohn ausgeben / und keinen Lohn genommen hast / hat sich das Widerspihl mit dir zugetragen.

II. 35. Darum du Hur / höre deß HERRN Wort:

e Abgötterey. *f* einführt.

36. Diß sagt GOTT der HERR: Dieweil dein Geld so verschwendet / und deine Scham in deiner Hurerey / gegen deinen Buleren / und gegen deinen greulichen Abgöttern entblösset ist / im Blut deiner Kinder / die du ihnen gegeben hast:

37. Sihe / darum wil ich alle deine Buler versammlen / mit welchen du Unzucht getriben hast / und alle / so du hast lieb gehabt samt allen / so du hassest: die wil ich von allen Seiten her wider dich zusammen bringen / und deine Scham vor ihnen entblössen / daß sie deine gantze Scham sehen sollen.

38. Und ich wil das Recht der Ehebrecherinnen / und der Blutvergiessenden über dich ergehen lassen / und dein Blut mit Grimm und Eifer lassen vergiessen.

39. Ich wil dich auch in ihre Händ übergeben: und sie werden dein Hurenhauß abbrechen / und dein gemein unzüchtig Hauß niderreissen: und sie werden dich deiner Kleider berauben / und werden deine herrliche Kleinodien hinweg nehmen u. dich bloß / und mit Schanden erfüllet dahinden lassen.

40. Und sie werden einen Hauffen Volcks über dich bringen / und dich mit Steinen steinigen / und mit ihren Schwertern erwürgen.

41. Sie werden deine Häuser mit Feuer verbreñen / und dir in den Augen viler Weiber dein Recht anthun. Alsdan wirstu auffhören / Unzucht zu treiben / und wirst hinführo nit mehr Lohn ausgeben.

42. Und mein Zorn sol auf dir ruhen: und mein Eifer sol von dir genommen werden / und ich wil einhalten / und nit mehr zürnen.

43. Darum / daß du an die Täg deiner Jugend nit gedacht hast / und hast mich in allen disen Dingen zum Zorn gereitzet: eben darum hab ich dir deine Weg auf dein Haubt gelegt / spricht GOTT der HErr / und hab dir gleichwol nit gethan nach deinen Lastern / die du mit allen deinen Greulen begangen hast.

44. Sihe / alle die / welche Sprichwort pflegen zu reden werden dises Sprichwort über dich führen / u. sagen: Wie die Mutter ist / so ist auch ihre Tochter.

45. Du bist ein Tochter deiner Mutter / welche ihren Mann u. ihre Kinder verworffen hat: u. du bist eine Schwester deiner Schwestern / die ihre Mäñer und ihre Kinder verworffen haben: eure Mutter war eine Cethiterin / u. euer Vatter ein Amorrhiter

46. Samaria ist dein gröste Schwester / welche sammt ihren Töchtern auf deiner lincken Seiten wohnet: aber dein andere Schwester Sodoma / die kleiner ist dan du / wohnet mit ihren Töchtern auf deiner rechten Seiten.

36. Hæc dicit Dominus Deus: Quia effusum est *l* æs tuum, & revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum in sanguine *m* filiorum tuorum, quos dedisti eis:

l prodigè.
m cæde.

37. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos *n*, quibus commista es: & omnes, quos dilexisti cum universis, quos oderas: & congregabo eos super te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.

n ut per eos te puniam.

38. *o* Et judicabo te judiciis *p* adulterarum, & effundentium sanguinem *q*: & dabo te in sanguinem furoris & zeli.

o Infr. 23. 1.
p pœnis.
q pœnis homicidarum.

39. Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum: & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui: & derelinquent te nudam, plenamque ignominiâ:

40. & adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis.

41. *r* Et comburent domos tuas igni, & facient in te judicia *s* in oculis mulierum *t* plurimarum: & desines fornicari, & mercedes ultrà non dabis.

r 4 Reg. 25. 9.
s justam ultionem.
t nationum.

42. Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar ampliùs.

43. Eò quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & provocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas *u* in capite tuo *x* dedi, ait Dominus Deus, & non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

u iniquitates.
x ut luas capite tuo.

44. Ecce omnis, qui dicit vulgò proverbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater *y*, ita & filia *z* ejus.

y Chananæa.
z Synagoga & Jerusalem.

45. Filia matris tuæ es tu, quæ projecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ projecerunt viros suos, & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus.

46. Et soror tua major *a*, Samaria, ipsa & filiæ *b* ejus, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ ejus.

a quia metropolis.
b urbes.

47. Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundùm scelera earum fecisti pauxillum minùs: penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.

48. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ ejus, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.

49. *c* Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis *d* & abundantia *e* & otium ipsius, & filiarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant.

50. Et elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas sicut vidisti.

51. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & justificasti *f* sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

52. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiùs agens ab eis *g*: justificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ justificasti sorores tuas.

III. 53. Et convertam *h* restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis, & conversione Samariæ, & filiarum ejus: & convertam reversionem tuam in medio earum.

54. ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti consolans eas.

55. Et soror tua Sodoma, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam *k*: & Samaria, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ, revertimini ad antiquitatem vestram.

56. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo *l*, in die superbiæ tuæ,

57. antequam revelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

58. Scelus tuum *m*, & ignominiam tuam tu portasti *n*, ait Dominus Deus.

59. Quia hæc dicit Dominus Deus: Et

c Gen. 19. 24.
d ciborum.
e rerum.
f justiores te declarasti
g quàm ex.
h Ironicè, q. d. miserebor tui, & illarum, imò aliquarum ex illis miserebor.
k Chald. ad principium suum, sc. Deum, & pristinum imò meliorem statum
l non meministi ejus pœnæ.
m pœnam sceleris.
n [illegible]

47. Jedoch hast du auf ihren Wegen nit gewandlet / noch gethan nach ihren Lastern / es fehlte aber nit weit / so hättestu grössere Laster / dan sie / auf allen deinen Wegen begangen.

48. So wahr ich lebe / spricht GOtt der HErr / deine Schwester Sodoma selbst / und ihre Töchter / haben nit gethan / wie du samt deinen Töchtern gethan hast.

49. Sihe / diß war die Missethat deiner Schwester Sodoma: Hoffart / Völle deß Brods / und Uberfluß / ihr und ihrer Töchter Müßiggang: und sie reichten den Armen und Dürfftigen die Hand nit.

50. Sie waren übermütig / und begiengen Greul vor mir: darum hab ich sie hinweg geraumet / wie du gesehen hast.

51. Aber Samaria hat den halben Theil deiner Sünd nit begangen: sondern du hasts ihnen vorgethan mit deinen Lastern / ja du hast deine Schwestern gemacht / mit allen deinen Greulen / die du geübet hast.

52. Derwegen / so trage nun auch deine Schand / die du deine Schwestern mit deinen Sünden weit übertroffen hast / und grössere Laster begangen / dan sie / daß sie von dir gerecht gemacht seynd: darum so stehe nun auch in Schandē / u trage deine Schmach / die du deine Schwestern gerecht gemacht hast.

III. 53. Und ich wil sie widerbringen / und wider einsetzen mit Sodoma und ihren Töchtern / und mit Samaria und ihren Töchtern / und mitten unter ihnen wil ich dich widerbringen.

54. Damit du deine Schmach tragest / und schamroth werdest in allem / was du gethan hast / und sie von dir Trost haben.

55. Und deine Schwester Sodoma / und ihre Töchter / sollen widerum auf ihren alten Stand kommen: auch Samaria / und ihre Töchter / sollen widerum auf ihren alten Stand kommen: ingleichen du und deine Töchter / sollet auch widerum auf euren alten Stand kommen.

56. Aber von deiner Schwester Sodoma / hat man am Tag deines Ubermuts aus deinem Mund nichts gehöret /

57. Ehe dan deine Boßheit ist entdecket worden: wie dan jetziger Zeit geschicht / dir zur Schmach / bey den Töchtern Syriä / und allen Töchtern der Philister / welche rings um dich her seynd / und von allen Seiten in die Rund dich umgeben:

58. Deine Laster und deine Schmach hastu getragen / spricht GOtt der HErr.

59. Dan diß sagt GOtt der HErr: Ich will dir thun

thun/wie du den Eyd verachtet hast/auf daß du den Bund möchtest zernichten.

60. Und ich wil an meinen Bund gedencken/ den ich in den Tagē deiner Jugend mit dir gemacht hab: und wil einen ewigen Bund mit dir aufrichten.

61. Alsdan wirst du an deine Weg gedencken/ und wirst dich schämen: wan du deine ältere und deine jüngere Schwester wirst aufgenommen haben: dan ich wil sie dir zu Töchtern geben/ aber nit aus deinem Bund.

62. Und ich wil meinen Bund mit dir erwecken/ und du solt wissen/ daß ich der HErr bin.

63. Damit du daran gedenckest/ und schamroth werdest/ und hinführo für Scham auch deinen Mund nit darffest auffthun/ wan ich dir werde versöhnt seyn über alles/ was du gethan hast/ spricht GOtt der HErr.

Das XVII. Capitel.

I. Figur oder Gleichnuß zweyer widereinander streitenden Adler/ nemlich deß Chaldäischen u. Egyptischen/ u eines Weinstocks/ der sich zum Egyptischen Adler lencket/ 1.

II. Bedeutet daß Sedecias/ so dem Egyptischen Adler/ dem Pharao/ anhangt/ sol vom Chaldeischen Adler/ von Nabuchodonosor/ seines Reichs/ und seiner Augen beraubt werden/ 11.

III. Hingegen Jechonias/ der sich dem Chaldeischen Adler hat übergeben/ sol erhöhet werden/ 22.

1. UNd deß HErrn Wort geschahe zu mir und sprach:

2. Du Menschenkind/ lege dem Hauß Israel ein Räthsel *a* vor/ und sage eine Gleichnuß/

3. Und sprich: Diß sagt GOtt der HErr Ein grosser Adler mit grossen Flüglen/ wol gestrecket von Glidern/ voll Federn/ die unterschidlicher Farb waren/ kam zum Libano/ und nahm das Marck vom Cederbaum hinweg.

4. Das Obertheil seiner Zweigen brach er ab: und führete es hinüber in das Land Chanaan/ und setzte es in die Stadt der Handelsleuten.

5. Er nam auch vom Samen deß Lands/ und warff denselben für Samen in die Erd/ daß er wurtzlen solte am Ort/ da vil Wassers war: und setzte ihn nit tieff ein.

6. Und da er aufgieng/ wuchs er zu einem ausgebreiten Weingarten nidrigen Stamms/ dessen Aest sich zu ihm bogen: und seine Wurtzlen waren unter ihm. Also ward ein Weingarten daraus/ der Reben gab und mit Zweigen ausschlug.

7. Und es war ein anderer grosser Adler/ mit grossen Flüglen/ und vilen Federn und sihe diser Wein-

a räthserische/ verborgene Red.

---

faciam tibi, sicut despexisti juramentum, ut irritum faceres pactum:

60. & recordabor ego pacti mei *o* tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum. *p*

61. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis: cùm receperis *q* sorores tuas te majores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. *r*

62. Et suscitabo ego pactum *s* meum tecum: & scies quia ego Dominus,

63. ut recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti, ait Dominus Deus.

o quo promisi salvatorem. *p* novi testamenti. *q* in Ecclesiam. *r* veteri. *s* novum.

CAPUT XVII.

I. Parabola de aquila Chaldaica debellante Ægyptum, & plantata vinea, quæ non prosperabitur. 1

II. Declaratur quòd rex Babylonis translato in Babylonem rege Joakim, constituet pro eo regem Sedeciam; qui relicto fœdere, ad regem Ægypti transfugiet: hinc Dominus tradet eum in manus Nabuchodonosor, ut ductus in Babylonem moriatur ibi: 11.

III. Dominus autem sublimi humiliato, exaltabit humilem. 22.

1. ET factum est *a* verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel,

3. & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis *b* magnarum alarum *c*, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum *d*, & tulit medullam *e* cedri.

4. Summitatem *f* frondium ejus avulsit: & transportavit eam in terram Chanaan *g*, in urbe negotiatorum *h* posuit illam.

5. Et tulit *l* de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine *m*, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud.

6. Cúmque germinasset, crevit in vineam latiorem humili staturâ, respicientibus ramis ejus ad eam: & radices ejus sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificavit in palmites, & emisit propagines.

7. Et facta est aquila altera *n* grandis magnis alis, multisque plumis: & ecce vinea ista

a Eodem anno 3411 *b* i. Nabuchodonosor. *c* potentiæ & opulentiæ *d* Jerusalem *e* electa & præcipua. *f* principes. *g* sc. suam. *h* Babylon. *l* Sedeciam. *m* pro Jechonia. *n* rex Ægypti.

c Legatos.

ista quasi mittens radices suas *o* ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret *p* eam de areolis germinis sui.

p ut succurreret Ægyptus ei

8. In terra bona super aquas multas plantata est: ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem.

9. Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergone prosperabitur? nonne radices ejus evellet *q*, & fructus ejus distringet *r*, & siccabit omnes palmites germinis ejus, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, ut evelleret eam radicitus?

q aquila illa prior.
r filios perdet.

10. Ecce plantata est: ergone prospe rabitur? nonne cùm tetigerit eam ventus urens siccabitur, & in areis germinis sui arescet?

II. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

12. Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce venit *s* rex Babylonis in Jerusalem: & assumet regem *t*, & principes ejus, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem.

s veniet Nabuchodonosor.
t capiet regem Jechoniam.
4. *Reg.* 24. 8
Jerem. 24. 1

13. Et tollet *u* de semine regni, feriétque cum eo fœdus: & ab eo accipiet jusjurandum. Sed & fortes terræ tollet,

u sc. Sedeciam & regem constituet.
2. *Paral.* 36

14. ut sit regnum humile, & non elevetur, sed custodiat pactum ejus, & servet illud.

15. Qui recedens ab eo misit nuntios ad Ægyptum ut daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem qui fecit hæc? & qui dissolvit pactum, numquid effugiet?

16. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco *x* regis, qui constituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, & solvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

x In urbe regia.
y ut promiserat.
z Nabuchodonosor.

17. Et non in exercitu grandi *y*, neque in populo multo faciet contra eum *z* Pharao prælium: in jactu aggeris *a*, & in extructione vallorum ut interficiat animas multas.

a ob aggeres & valla Nabuchodonosoris non poterit juvare Sedeciam.

18. Spreverat enim juramentum *b* ut solveret fœdus, & ecce dedit manum suam: & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet.

b fidelitatis præstitum Nabuchodonosori.

garten fügte gleichsam seine Wurtzlen zu ihm/ und streckte seine Rebẽ zu ihm hinaus damit er ihn aus den Bethlein seines Gewächs befeuchtete.

8. Er ist in ein gut Land an vilen Wassern gepflantzet/ daß er Laub fortbringen/ und Frucht tragen sol/ und zum grossen Weingarten werden.

9. Nun sprich also: Diß sagt GOtt der HErr? Solt er dan gerathen? wird er nit seine Wurtzlen ausrupffen/ und seine Früchten abreissen/ und alle Reben seines Gewächs safftloß machen *b*/ daß sie verdorren? und das ohne grossen Arm *c*/ und ohn vil Volck / daß er ihn von der Wurtzel ausreisse?

10. Sihe/ er ist gepflantzt: wird er darum auch gerathen? wird er nit safftloß werden / und an dem Ort *d* seines Gewächs verdorren / wan ihn ein scharpffer Wind berühren wird?

II. 11. Und das Wort deß HErrn geschahe zu mir und sprach:

12. Sprich zu dem widerspennigen Hauß: Wisset ihr nit/ was diß bedeute? Sprich weiter: Sihe/ der König von Babylon kommt gen Jerusalem: und er wird den König mit seinen Fürsten hinweg nehmen/ und zu sich gen Babylon führen.

13. Er wird auch einen nehmen vom Königlichen Samen/ und mit demselben einen Bund aufrichten: und einen Eyd wird er von ihm nehmen. Aber die Gewaltige im Land wird er hinweg führen/

14. Damit das Königreich sich nit erhebe / sondern seinen Bund bewahre / und denselben halte.

15. Er ist aber von ihm abgefallen/ und hat Botten ausgesandt in Egypten/ daß man ihm Roß und ein groß Volck schicken solte. Solt es dan wol glücklich gehen oder solt ihm Heil widerfahren/ der solches gethan hat? und der den Bund gebrochen hat/ solte der wol entrinnen?

16. So wahr ich lebe/ spricht GOtt der HErr: an dem Ort deß Königs/ der ihn zum König gesetzt hat / dem er den Eyd nit gehalten / und den Bund gebrochen hat/ darin er mit ihm stunde/ sol er zu Babylon sterben.

17. So wird auch Pharao nit mit einem grossen Heer/ und nit mit vilem Volck wider ihn zum Streit kommen: wan er den Wall wird aufgeworffen / und die Festungen gebauet haben / vil Seelen zu tödten.

18. Dan er hat den Eyd verachtet/ damit er den Bund möchte brechen/ und sihe/ er hat seine Hand darauf gegeben: und weil er diß alles gethan hat/ so wird er nit entrinnen.

19. Da=

b austrucknẽ *c* Mühe *d* Gartenbethlein

19. Darum sagt diß GOTT der HERR: So wahr ich lebe / wil ich ihm den Eyd den er verachtet/ und den Bund den er gebrochen hat / auf sein Haubt legen.

20. Ich wil mein Netz über ihn ausspannen / und er sol mit meinem Zug-Garn gefangen werden: und ich wil ihn gen Babylon führen/und ihn daselbst richten nach seiner Ubertrettung/ damit er mich verachtet hat.

21. Und alle seine Flüchtige/ mit ihrem gantzen Hauffen/ sollen durchs Schwert fallen: aber die Ubrige sollen in alle Wind zerstreuet werden: und ihr sollet wissen / daß ich der HERR solches geredt hab.

III. 22. Diß sagt GOtt der HErr: Ich wil nehmen vom Marck deß hohen Cederbaums / und es setzen: auch wil ich oben von seinen Zweigen ein Zartes abbrechen/ und dasselbe auf dem hohen ansehnlichen Berg pflantzen.

23. Auf dem hohen Berg Israel wil ich ihn pflantzen/ und er wird in Zweig ausbrechen/ und Frucht bringen/und wird zum grossen Cederbaum werden: und alle Vögel werden unter ihm wohnen/ und alles Geflügel wird unterm Schatten seiner grünen Zweigen sein Nest machen.

24. Und alle Bäum im Land werden wissen/ daß ich der HErr hab den hohen Baum gedemüthiget und den nidrigen Baum erhöhet: und daß ich den grünen Baum safftloß/ und den dürren Baum grünend gemacht hab: Ich der HErr habs geredt/ und ins Werck gerichtet.

Das XVIII. Capitel.

I. GOtt bezeugt / daß die Kinder nit sollen gestrafft werden von wegen der Missethat ihrer Eltern/ 3.
II. Sondern daß einem jeden/ nach seinem eigenen Verdiensten entweder das Leben/ oder der Tod sol zu Theil werden/ 20.
III. Darum werden alle zur Buß ermahnt/ 30.

1. UNd deß HErrn Wort geschahe zu mir und sprach:

2. Was ists / daß ihr unter euch im Land Israel zur Gleichnuß diß Sprichwort führet und saget: Die Vätter haben saure Trauben gessen / und den Kindern seynd die Zähn stumpff worden?

I. 3. So wahr ich lebe/ spricht GOtt der HERR/ dise Gleichnuß sol euch hinführo nit zum Sprichwort seyn in Israel.

4. Sihe / alle Seelen seynd mein. Wie deß Vatters Seel mein ist/ also ist auch die Seel deß Sohns mein: welche Seel sündigen wird/ die sol sterben.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Vivo ego, quoniam juramentum, quod sprevit *c*, & fœdus *d* quod prævaricatus est, ponam in caput ejus. *e*

20. *f* Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione, quâ despexit me.

21. Et omnes profugi ejus cum universo agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum.

III. 22. Hæc dicit Dominus Deus: & sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum ejus tenerum *g* distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem.

23. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres *h*, & universum volatile sub umbra frondium ejus nidificabit.

24. Et scient omnia ligna *k* regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltavi lignum humile *l*: & siccavi lignum viride: & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

CAPUT XVIII.

I. Rejectâ Judæorum parabolâ dicit quòd filius non portabit iniquitatem patris, nec contrà, 3
II. Sed quisque suam ipsius portabit: quòd si impius pœnitentiam agat, salvabitur: justus verò si suam deserat justitiam, damnabitur: 20
III. Hortatur ergo Dominus ad pœnitentiam & cordis innovationem. 30.

1. † ET factus est *a* sermo Domini ad me, dicens:

2. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: *b* Patres comederunt *c* uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? *d*

I. 3. Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultrà vobis parabola hæc in proverbium in Israel.

4. Ecce omnes animæ, meæ *e* sunt: ut anima patris, ita & anima filii mea est, anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.

c Sedecias.
d initum cum Nabuchodonosore.
e ulciscar in ejus capite.
f Sup. 12.13 Infr. 32.3.
g sc. tenerum stolonem sc. Zorobabel, mysticè Christum.
h homines ad cælum elevantes.
k etiam regna barbara.
l Christum.
† FER. 5. POST DOM. 1. QUADR.
a Eodem anno 3411.
b Ier. 31.29
c i. peccaverunt.
d q.d. filii pœnas dant sc. ob scelera Manassis.
e à me creatæ.

5. Et vir si fuerit justus, & fecerit judicium & justitiam,

f idolothyta. 6. in montibus non comederit *f*, & oculos suos non levaverit ad idola domûs Israel, & uxorem proximi sui non violaverit, & ad mulierem menstruatam non accesserit:

ff Isai 58.7 Matth. 25. 35. 7. & hominem non contristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: *ff* panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

8. ad usuram non commodaverit, & amplius non acceperit: ab iniquitate averterit manum suam, & judicium verum fecerit inter virum & virum:

9. in præceptis meis ambulaverit, & judicia mea custodierit ut faciat veritatem: hic justus est, vitâ vivet, ait Dominus Deus.*

g 70. pestilentem. 10. Quòd si genuerit filium latronem *g*, effundentem sanguinem, & fecerit unum de istis:

**h supradicta bona.* 11. & hæc quidem omnia *h* non facientem, sed in montibus comedentem, & uxorem proximi sui polluentem:

12. Egenum, & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos suos, abominationem *i* facientem:

i 70. iniquitatem. 13. ad usuram dantem & amplius accipientem: numquid vivet? non vivet. Cùm universa hæc detestanda fecerit, morte morietur *k*, sanguis ejus in ipso erit.

k infelici, nec proderit ei paterna virtus. 14. Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis:

15. super montes non comederit, & oculos suos non levaverit ad idola domûs Israel, & uxorem proximi sui non violaverit:

16. & virum non contristaverit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

l aliquid supra sortem, seu capitale. 17. à pauperis injuria averterit manum suam, usuram & superabundantiam *l* non acceperit, judicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vitâ vivet.

18. Pater ejus quia calumniatus est, &

5. Und wan ein Mann gerecht ist / der Recht und Gerechtigkeit thut /

6. Der auf den Bergen nit isset / und zu den Abgöttern deß Hauß Israel seine Augen nit aufhebet: der seines Nächsten Weib nit schändet / noch zu einem Weib in der monathlichen Schwachheit hinein gehet:

7. Der niemand betrübet: der dem Schuldner sein Pfand widerum gibt / und nichts mit Gewalt hinweg nimmt: der sein Brod dem Hungerigen mittheilet / und den Nackenden mit einem Kleyd bedecket:

8. Der nit auf Wucher leihet / und einen anderen nit übernimmt: der seine Hand von Ungerechtigkeit zuruck hält / und zwischen einem Mann und seinem Nächsten recht urtheilet:

9. Der in meinen Gebotten wandlet / und meine Gericht bewahret / damit er die Warheit thue: diser ist gerecht / er sol das Leben haben / spricht GOtt der HErr.

10. Und wan er einen Sohn zeuget / der ein Mörder wird / und Blut vergiesset / oder eins thut von disen Stucken:

11. Ob er schon dieselbige nit alle begehet / sondern isset auf den Bergen / der verunreiniget seines Nächsten Weib:

12. Der den Armen und Dürfftigen betrübt / und raubet mit Gewalt / was nit sein ist: gibt auch das Pfand nit widerum / und hebet seine Augen auf zu den Abgöttern / und begehet Greul:

13. Der auf Wucher gibt / und nimmt über Gebühr: solte diser leben? Er sol nit leben. Dieweil er alle dise abscheuliche Ding begangen hat / sol er deß Tods sterben / sein Blut sol auf ihm seyn.

14. Wan er aber einen Sohn zeuget / der alle Sünd seines Vatters sihet / die er gethan hat: förchtet sich aber / und thut nit deßgleichen:

15. Der nit auf den Bergen isset / und hebet seine Augen nit auf zu den Abgöttern deß Hauß Israel / schändet auch seines Nächsten Weib nit:

16. Der niemand betrübet / und behält das Pfand nit: nimmt nichts mit Gewalt / theilt sein Brod dem Dürfftigen mit / und bedecket den Nackenden mit einem Kleyd:

17. Der seine Hand enthält / daß er dem Armen kein Unrecht thue / nimmt kein Wucher / und übernimmt niemand: hält meine Gericht / und wandlet in meinen Gebotten: diser sol nit sterben umb der Sünd willen seines Vatters / sondern er sol leben.

18. Sein Vatter / der gefrevlet / und seinen Bruder

der vergwaltiget hat / und Böses gethan mitten unter seinem Volck / sihe / der ist um seiner Sünd willen gestorben.

19. Und ihr saget: Warum hat der Sohn deß Vatters Missethat nit getragen? nemlich darum / daß der Sohn Recht und Gerechtigkeit gethan / und alle meine Gebott bewahret / und gehalten hat / sol er leben.

II. 20. Dan welche Seel sündiget / die sol sterben: der Sohn sol die Missethat deß Vatters nit tragen / und der Vatter sol die Missethat deß Sohns nit tragen: die Gerechtigkeit deß Gerechten sol über ihm seyn / und die Ungerechtigkeit deß Gottlosen sol auch über ihm seyn.

21. Wan aber der Gottloß Buß thut / und sich bekehret von allen seinen Sünden, die er begangen hat / und hält alle meine Gebott / und thut Recht und Gerechtigkeit / so sol er leben / und nit sterben.

22. Ich wil aller seiner Missethaten / die er begangen hat / nit gedencken: er sol leben in seiner Gerechtigkeit / die er gethan hat.

23. Solt ich ein Wolgefallen haben am Tod deß Gottlosen / spricht GOtt der HErr / und nit vilmehr daran / daß er sich von seinen Weegen bekehre / und lebe?

24. Wan sich aber der Gerecht von seiner Gerechtigkeit abwendet / und Böses thut / nach allen Greulen / welche der Gottloß pflegt zu begehen / solt er dan leben? Es wird an alle seine Gerechtigkeit / die er gethan hat / nit gedacht werden: in seiner Ubertrettung / damit er sich versündiget hat / und in seiner Missethat / die er hat begangen / sol er sterben.

25. Und ihr habt gesagt: Der Weeg deß HErrn ist nit billig. Darum / so höret ihr vom Hauß Israel: Ist mein Weeg nit billich / seynd nit vilmehr eure Weeg unrichtig?

26. Dan wan der Gerecht von seiner Gerechtigkeit sich abwendet / und Sünd begehet / so wird er in denselbigen sterben: um seiner Missethat willen / die er begangen hat / wird er sterben.

27. Und wan sich der Gottloß von seiner Ungerechtigkeit abgewendet / die er gethan hat / und thut Recht und Gerechtigkeit / so wird er seine Seel lebendig machen.

28. Dan dieweil er in sich gehet / und sich abwendet von allen seinen Missethaten / die er begangen hat / so sol er leben / und nit sterben.

29. Und die Kinder Israel sagen / der Weeg deß HErrn ist nit billig. Seynd dan meine Weeg nit billig / ihr vom Hauß Israel? und seynd nit vilmehr eure Weeg unrichtig?

vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua.

19. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius judicium, & justitiam operatus est, omnia præcepta mea custodivit, & fecit illa, vivet vitâ.

II. 20. † *m* Anima *n*, quæ peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit *o* iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.

21. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & justitiam: vitâ vivet, & non morietur.

22. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor *p*: in justitia sua, quam operatus est, vivet.

23. *q* Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non ut convertatur à viis suis, & vivat?

24. Si autem averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid vivet? omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur *qq*: in prævaricatione, quâ prævaricatus est, & in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur.

25. Et dixistis: *r* Non est æqua *rr* via Domini. Audite ergo domus Israël: Numquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ pravæ sunt?

26. Cùm enim averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in injustitia, quam operatus est, morietur.

27. Et cùm averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit judicium, & justitiam: ipse animam suam vivificabit *s*.

28. Considerans enim, & avertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vitâ vivet *t*, & non morietur.

29. Et dicunt filii Israel: Non est æqua via Domini. Numquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ pravæ?

III.

† Fer. 6. Quatuor Temp. Quadr.
m Deut. 24. 16. 4. Reg. 14. 6. 2. Par. 25. 4.
n homo.
o Chald. non punietur.
p ut condemnem.
q Infr. 21. 32. & 33. 11. 2. Petr. 3. 9.
qq ut accipiat remunerationem æternam.
r Infr. 33. 20.
rr recta.
s 70. custodiet.
t hîc & in futuro.

III. 30. Idcircò unumquemque juxta vias suas judicabo domus Israel, ait Dominus Deus: *u* Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.

31. Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum *x*, & spiritum novum *y*: & quare moriemini domus Israel?

32. *z* Quia nolo mortem morientis, *a* dicit Dominus Deus, revertimini, & vivite.

CAPUT XIX.

I. Parabola leænæ & leunculorum designat captivitatem regum Joachaz, Joakim & Sedeciæ. 1.

II. Describit post præteritam civitatis Jerusalem felicitatem, eius præsentem calamitatem, sub parabola vineæ. 10.

1. ET tu assume *a* planctum super principes Israel,

2. & dices: Quare mater tua *b* leæna inter leones *c* cubavit *d*, in medio leunculorum enutrivit catulos suos?

3. Et eduxit unum *e* de leunculis suis, & leo *f* factus est: & didicit capere prædam, hominémque comedere.

4. Et audierunt de eo Gentes, & non absq; vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terrā Ægypti *g*.

5. Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, & periit expectatio ejus: tulit unum *h* de leunculis suis, leonem *l* constituit eum.

6. Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines devorare:

7. Didicit viduas facere, & civitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo ejus à voce rugitûs illius.

8. Et convenerunt adversùs eum Gentes *m* undique de provinciis, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.

9. Et miserunt eum in caveam *n*, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miserúntque eum in carcerem *o*, ne audiretur vox ejus ultra super montes Israel.

II. 10. Mater tua quasi vinea in sanguine

u Matth. 3. 2. Lucæ 3. 3.
x Chald. timens.
y Chald. spiritum timoris.
z Supr. 23. Infr. 33. 11. 2. Pet. 3. 9.
a quia voluntate antecedente volo omnes vivere.

a Eodem anno 3411.
b Jerusalem vel Synagoga.
c reges gentium.
d fine timore: alludit ad Gen. 49.
e Joachazum.
f rex.
g 4 Reg. 23. 32.
h Fratrem ejus majorem Joakim.
l regem.

m Chaldæi, Syri, Moabitæ, Ammonitæ. 4 Reg. 24. 2.
n captivitatem.
o 2 Par. 36. 10. 4 Reg. 24. 15.

III. 30. Darum wil ich einen jeglichen nach seinen Weegen richten / ihr vom Hauß Israel / spricht GOtt der HErr: Bekehret euch / und thut Buß von allen euren Missethaten: so wird euch die Ungerechtigkeit nit zum Fall seyn.

31. Werffet von euch alle eure Ubertrettungen / damit ihr überschritten habt / und machet euch ein neues Hertz / und einen neuen Geist: Warum wollet ihr doch sterben / ihr vom Hauß Israel?

32. Dan ich wil nit den Tod deß Sterbenden / spricht GOtt der HErr: kehret wider um / und lebet.

Das XIX. Capitel.

I. Unter der Figur der Löwen beweint der Prophet den erbärmlichen Zustand der Söhn Josiä / Joachaz / Joakim / und Sedeciä / der Königen Juda. 1.

II. Und in der Figur eines Weinbergs beschreibt er den Untergang der Stadt Jerusalem / 10.

1. DU aber führ eine Klag über die Fürsten Israel /

2. Und sprich: Warum hat sich deine Mutter / die Löwin unter den Löwen gelagert / und hat ihre Junge mitten unter den jungen Löwen erzogen?

3. Und sie hat einen von ihren jungen Löwen aufgebracht / daß er zum Löwen ward: u. er lernete rauben / und Menschen fressen.

4. Und die Heyden höreten von ihm / und fiengen ihn / jedoch nit ohne ihre Wunden / und führeten ihn mit Ketten gebunden in Egyptenland.

5. Da nun die Löwin sahe / daß sie schwach ward / und daß ihr Warten vergeblich war: nam sie einen von ihren jungen Löwen / und machte ihn zum Löwen.

6. Der tratt unter den Löwen daher / und ward zum Löwen: und er lernete rauben / und Menschen fressen:

7. Er lernete Wittwen machen und ihre Stådt verwüsten: und das Land / samt allem / was darinnen war / wurd zur Einöd / vor der Stimm seines Brüllens.

8. Und die Heyden auß den Landschafften rings herum kamen wider ihn zusammen / und breiteten ihr Netz über ihn auß / und er ward / doch nit ohn ihre Wunden / gefangen.

9. Und sie sperreten ihn in ein Gitter *a* / und führeten ihn an Ketten zum König von Babylon: und legten ihn ins Gefängnuß damit seine Stimm auf den Bergen Israel nit mehr gehöret wurde.

II. 10. Deine Mutter ward in deinem Blut ge-

a Kefig.

pflantzt /

pflantzt/ gleich wie ein Weinstock am Wasser: seine Frucht/ und seine grünende Reben wuchsen vom grossen Wasser.

11. Und er bekam starcke Zweig/ die zu Sceptern dienlich waren/ für die herrschende: und er wuchs hoch auf zwischen den grünen Zweigen: und er sahe/ daß er hoch war/ und gar vil Reben hatte:

12. Und er ward im Zorn außgerissen/ und auf die Erd geworffen/ und ein hitziger Wind verdorrete seine Frücht: seine starcke Reben wurden safftloß und dürr/ und das Feuer verzehrete ihn.

13. Aber er ist nunmehr in die Wüst gepflantzet/ in einem ungebauten und durstigen Land.

14. Und es ist auß den Reben seiner Zweigen ein Feur gangen/ das hat seine Frucht gefressen: und es ist keine starcke Ruth mehr an ihm gewesen/ die zum Scepter für die Herrschende dienlich wäre. Das ist ein Klaglied/ u. wird ein Klaglied bleiben.

Das XX. Capitel.

I. GOtt versagt den ältesten Juden zu Babylon/ welche von Ezechiel/ den Außgang ihres Kriegs begehrten zu wissen/ die gewünschte Antwort/ und verweist ihnen ihre Sünd/ 3.

II. Damit er sie zur Bekehrung/ und Eifer bewege/ macht er ihnen kund/ daß er in kurtzem von anderen wahren Israeliten werde nach Gebühr verehret werden/ 40.

II[I]. Endlich durch eine neue Gleichnuß eines Feurs/ bedrohet er sie mit dem äussersten Untergang/ 46.

1. UNd es begab sich im sibenden Jahr/ im fünfften Monat/ am zehenden Tag deß Monats/ daß etliche Männer von den Aeltesten in Israel kamen/ den HErrn zu fragen/ und sich vor mir nidersetzten.

2. Und deß HErrn Wort geschahe zu mir/ und sprach:

I. 3. Du Menschenkind/ rede mit den Eltesten in Israel/ und sprich zu ihnen: Diß sagt GOtt der HErr: Seyd ihr kommen/ mich zu fragen? So wahr ich lebe/ ich wil euch keine Antwort geben/ spricht GOtt der HErr.

4. Wan du sie straffest/ du Menschenkind/ wan du sie straffest/ so führe ihnen zu Gemüth die Greul ihrer Vätter.

5. Und sprich zu ihnen: Diß sagt GOtt der HErr: An dem Tag/ da ich Israel erwählete/ und meine Hand aufhub vor dem Stamm deß Hauß Jacob/ erschine ich ihnen in Egyptenland/ und hube meine Hand für sie auf/ und sprach: Ich bin der HErr euer GOtt/

6. An demselbigen Tag hub ich meine Hand auf

p tuo super aquam plantata est: fructus ejus, & frondes ejus creverunt ex aquis multis.

11. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura ejus inter frondes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

12. Et evulsa est in ira, in terrámque projecta, *q* & ventus urens *r* siccavit fructum ejus: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris ejus: ignis comêdit eam.

13. Et nunc transplantata est in desertum, in terra invia & sitienti.

14. Et egressus est ignis *s* de virga *t* ramorum ejus, qui fructum ejus comêdit: & non fuit in ea virga fortis *u*, sceptrum dominantium. Planctus est *x*, & erit in planctum.

CAPUT XX.

I. Seniores in Babylone de eventu belli Judaici consulunt. Sed Dominus negat se filiis Israel pro voto responsurum, quia in Ægypto, in deserto & in terra promissionis prævaricati sunt. 3.

II. Nunc post hæc omnia dicit se alios Israelitas revocaturum ad terram suam, in qua sibi serviant: 40.

III. Jubet denique prophetare contra saltum meridianum, seu Judæam. 46.

1. ET factum est in anno *a* septimo *b*, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israel, ut interrogarent Dominum *c*, & sederunt coram me.

2. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

I. 3. Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? vivo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus.

4. Si judicas eos *d*, si judicas fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis.

5. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua elegi Israel, & levavi *e* manum meam pro stirpe domûs Jacob, & apparui *f* eis in terra Ægypti, & levavi manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus vester:

6. in die illa levavi manum meam pro

p progenies regia.
q Osee 13. 15.
r impetus Chaldæorum.
s perditionis.
t de Sedecia.
u regni Successor.
x regnum, Jerusalem & Synagoga.
a Eodem anno 3411.
b transmigrationis Jechoniæ.
c per prophetam.
d arguens.
e ostendens potentiam.
f cognitus sum.

eis, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram quam provideram eis, fluentem *g* lacte & melle: quæ est egregia inter omnes terras.

g fertilissimam.

7. Et dixi ad eos: Unusquisque offensiones oculorum suorum abjiciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester.

8. Et irritaverunt me, nolueruntque me audire: unusquisque abominationes oculorum suorum non projecit, nec idola Ægypti reliquerunt: & dixi *h* ut effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

h penè constitui.

9. Et feci *l* propter nomen meum, ut non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Ægypti.

l mitiùs cũ eis.

10. Ejeci *m* ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in desertum.

m Heb. eduxi.

11. *n* Et dedi eis præcepta mea, & judicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, vivet in eis.

n Lev. 18. 5. Rom. 10. 5.

12. *o* Insuper & sabbata mea dedi eis, ut essent signum *p* inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos.

o Exod. 20. 8. & 31. 13 Deut. 5. 12.
p religionis, pacti & amoris mei erga eos.

13. Et irritaverunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt, & judicia mea projecerunt, quæ faciens Homo vivet in eis: & sabbata mea violaverunt vehementer: dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos.

14. Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus, de quibus ejeci eos in conspectu earum.

15. Ego igitur levavi *pp* manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram, quam dedi eis, fluentem lacte, & melle, præcipuam terrarum omnium:

pp juravi.

16. Quia judicia mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt, & sabbata mea violaverunt: post idola enim cor eorum gradiebatur.

17. Et pepercit oculus meus super eos ut non interficerem eos *q*: nec consumpsi eos in deserto.

q omnes.

für sie / damit ich sie auß Egyptenland führete / in ein Land das ich ihnen versehen hatte / so von Milch und Honig fliesset / das ein fürtrefflich Land ist unter allen Landen.

7. Und ich sprach zu ihnen: Ein jeglicher werffe die Aergernuß seiner Augen hinweg / und beflecket euch nit mit den Abgöttern Egypti: dan ich bin der HErr euer GOtt.

8. Aber sie reitzten mich zum Zorn / und wolten mich nit hören: und keiner warff die Greul seiner Augen hinweg / und sie verliessen die Abgötter Egypti nit: da dachte ich meinen Grimm über sie außzuschütten / und in Egypten-Land meinen Zorn an ihnen zu vollenden.

9. Und ich enthielt mich um meines Namens willen / auf daß derselbig nit entheiliget wurde / vor den Heyden / in dern mitten sie waren / unter welchen ich ihnen erschine / damit ich sie auß Egypten-Land führete.

10. Derwegen brachte ich sie auß Egyptenland / und führete sie hinauß in die Wüst.

11. Ich gab ihnen meine Gebott / und ließ sie meine Recht wissen / durch welche der Mensch leben wird / der sie hält.

12. Uber das gab ich ihnen meine Sabbath / daß sie ein Zeichen seyn solten zwischen mir und ihnen / und daß sie wüsten / daß ich der HErr bin / der sie heiliget.

13. Und die vom Hauß Israel reitzten mich zum Zorn in der Wüst / sie wandelten nit in meinen Gebotten / und verwurffen meine Recht / dadurch der Mensch leben wird / der sie hält: und sie entheiligten sehr meine Sabbat: derwegen sagte ich / daß ich meinen Grimm über sie in der Wüst wolte außschütten / und sie vertilgen.

14. Aber ich enthielt mich um meines Namens willen / damit derselbig nit entheiliget wurde vor den Heyden / von welchen ich sie vor ihrem Angesicht hab außgeführt.

15. Und ich hube meine Hand über sie auf in der Wüst / das ich sie nit führete in das Land / so ich ihnen gegeben hab / das von Milch und Honig fliesset / ein vortrefflich Land unter allen Landen:

16. Dieweil sie meine Recht verworffen / und in meinen Gebotten nit gewandlet / u. meine Sabbat entheiliget haben: dan ihr Hertz gieng den Abgöttern nach.

17. Und mein Aug verschonte ihrer / daß ich sie nit tödtete: und hab sie in der Wüste nit vertilget.

18. Aber ich sprach zu ihren Kindern in der Wüste: Ihr sollet nach den Gebotten eurer Vätter nit wandlen noch ihre Recht bewahren / noch mit ihren Abgöttern euch verunreinigen.

19. Ich bin der HErr euer GOtt: Wandlet in meinen Gebotten / und bewahret meine Recht / und haltet sie.

20. Heiliget auch meine Sabbat / damit sie ein Zeichen seyn zwischen mir und euch / und daß ihr wisset / daß ich der HErr euer GOtt bin.

21. Aber die Kinder erbitterten mich auch / und wandleten nit in meinen Gebotten: sie bewahreten meine Recht nit / daß sie darnach thäten / dadurch der Mensch leben wird / der sie hält: auch entheiligten sie meine Sabbat: da drohete ich ihnen / meinen Grimm in der Wüst über sie außzuschütten / und meinen Zorn an ihnen zu vollenden.

22. Jedoch zohe ich meine Hand zuruck / und unterließ es um meines Namens willen / damit er nit entheiliget wurde vor den Heyden / darauß ich sie in ihrem Ansehen geführet hab.

23. Ich hub meine Hand abermal über sie auf in der Wüst daß ich sie unter die Heyden zerstreuete / und in die Land zerstaubte:

24. Darum / daß sie meine Recht nit gehalten / sondern meine Gebott verworffen hatten / und meine Sabbat entheiliget / und ihre Augen auf die Abgötter ihrer Vätter geschlagen.

25. Darum ich dan auch ihnen Gebott gab / die nit gut waren / und Recht / dadurch sie nit leben werden.

26. Und ich entheiligte sie mit ihren Gaaben / da sie alle Erstgeburt opfferten / um der Sünd willen: damit sie wusten / daß ich der HERR bin.

27. Derwegen rede zu dem Hauß Israel / du Menschen-Kind / und sprich zu ihnen: Diß sagt GOtt der HErr: Eure Vätter haben mich noch weiter in dem gelästert / daß sie mich schmählich verachtet hatten:

28. Nach dem ich sie in das Land geführet hab / darüber ich meine Hand aufgehoben hatte / ihnen dasselbig zu geben / sahen sie sich um nach allen hohen Bühlen und nach allen laubreichen Bäumen / und opfferten daselbst ihre Schlachtopffer: und sie brachten dahin ihre Gaaben / damit sie mich reitzten / und räucherten allda ihren süssen Geruch / und opfferten ihre Tranck-Opffer.

29. Und ich sprach zu ihnen: Was ist die Höh darauf ihr gehet? Also ist ihr Nam genennet worden / die Höh / biß auf den heutigen Tag.

18. Dixi autem ad filios eorum in solitudine: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec judicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini.

19. Ego Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, judicia mea custodite, & facite ea:

20. Et sabbata mea sanctificate *r*, ut sint signum inter me & vos, & sciatis quia ego sum Dominus Deus vester.

21. Et exacerbaverunt me filii, in præceptis meis non ambulaverunt, & judicia mea non custodierunt ut facerent ea: quæ cùm fecerit homo, vivet in eis, & sabbata mea violaverunt: & comminatus sum ut effunderem furorem meum super eos, & implerem iram meam in eis in deserto.

22. Averti autem manum meam, & feci propter nomen meum, ut non violaretur coram Gentibus, de quibus ejeci eos in oculis earum.

23. Iterum levavi manum meam in eos in solitudine, ut dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras:

24. eò quòd judicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent. & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum.

25. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona *s*, & judicia in quibus non vivent.

26. Et pollui *t* eos in muneribus suis, cùm offerrent *u* omne, quod aperit vulvam, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus.

27. Quamobrem loquere ad domum Israel, fili hominis: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc *x* & in hoc blasphemaverunt me patres vestri, cùm sprevissent me contemnentes:

28. & induxissem eos in terram, super quam levavi manum meam ut darem eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolaverunt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationē oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suavitatis suæ, & libaverunt libationes suas.

29. Et dixi ad eos: Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini? & vocatum est nomen ejus Excelsum usq; ad hanc diem.

r sanctè colite.

s permisi subiici ritibus gentiū & ipsis gentibus.

t permisi pollui sacrificiis profanis.

u idolis.

x q. d. atrociora fecerunt.

30. Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Certè in via patrum veſtrorum vos polluimini, & poſt offendicula *y* eorum vos fornicamini:

y idola.

31. & in oblatione donorum veſtrorũ, cùm traducitis filios veſtros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis veſtris uſque hodie: & ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non reſpondebo vobis.

32. Neque cogitatio mentis veſtræ fiet *z*, dicentium: Erimus *a* ſicut Gentes, & ſicut cognationes terræ, ut colamus ligna & lapides.

z non ſuccedet conſilium veſtrum.
a ſic idololatræ, ut no- [illegible] ſit, ſicut illis.

33. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos.

34. Et educam vos de populis; & congregabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos.

35. Et adducam vos in deſertum populorum, & judicabor vobiſcum ibi facie ad faciem.

36. Sicut judicio contendi adversùm patres veſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic judicabo vos, dicit Dominus Deus.

37. Et ſubjiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis *b*.

b legibus meis.

38. Et eligam *c* de vobis transgreſſores, & impios, & de terra incolatûs eorum educam eos, & in terram Iſrael non ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus.

c ad pœnã.

39. Et vos domus Iſrael, hæc dicit Dominus Deus: Singuli poſt idola veſtra ambulate *d*, & ſervite eis *e*. Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum pollueritis ultra in muneribus veſtris, & in idolis veſtris *f*:

d q. d. concedam.
e apertè.
f ſervientes ſimul illis & mihi.

II. 40. In monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi *g* ſerviet mihi omnis domus Iſrael; omnes, inquam in terra *h*, in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus *k* veſtris.

g in monte, in Eccleſia.
h in Eccleſia, quæ per terram veſtram ſignificatur.
k ſacrificiis.

41. In odorem ſuavitatis ſuſcipiam vos, cùm eduxero vos de populis, & congre-

30. Darum ſprich zum Hauß Iſrael: Diß ſagt GOtt der HErr: Warlich / ihr verunreinigt euch auf den Weegen eurer Vätter / und huret ihrem ärgerlichen Weeſen nach:

31. Und ihr verunreinigt euch mit allen Abgöttern biß auf den heutigen Tag / wan ihr eure Gaaben opffert / und eure Kinder durchs Feur ziehet: ſolt ich euch dan antworten / ihr vom Hauß Iſrael? So wahr ich lebe / ſpricht GOtt der HErr / ich wil euch nit antworten.

32. U. euer Vorhaben was ihr gedencket in eurem Hertzen wird nit gelingen da ihr ſaget: Wir wollen ſeyn wie die Heyden / u. wie andere Völcker auf Erden u. wollẽ Holtz u. Stein anbettẽ / das ſol nit ſeyn.

33. So wahr ich lebe / ſpricht GOtt der HErr / ich wil mit ſtarcker Hand und mit außgeſtrecktem Armb / und mit außgeſchüttem Grimm über euch herrſchen.

34. Und ich wil euch auß den Völckern führen / und euch verſammlen auß den Landen / darinn ihr zerſtreuet ſeyd / und wil mit ſtarcker Hand / und mit außgeſtrecktem Armb / und mit außgeſchüttem Grimm über euch herrſchen.

35. Und ich wil euch in die Wüſten der Völcker führen / und daſelbſt mit euch rechten / von Angeſicht zu Angeſicht.

36. Wie ich wider eure Vätter in der Wüſt bey Egyptenland gerechtet hab / alſo wil ich euch auch richten / ſpricht GOtt der HErr.

37. Ich wil euch unter meinen Scepter zwingen / und euch in die Band deß Bunds bringen.

38. Und ich wil die Ubertretter und Gottloſe unter euch außleſen / und ſie auß dem Land ihrer Wohnung führen / und ſie ſollen in das Land Iſrael nit kommen: und ihr ſollet wiſſen / daß ich der HErr bin.

39. Und ihr vom Hauß Iſrael / diß ſagt GOtt der HErr: So gehe dan ein jeglicher ſeinen Abgöttern nach / und dienet ihnen: wan ihr aber hierin mir auch nit gehorchet / und hinführo meinen heiligen Namen mit euren Gaaben / und mit euren Abgöttern entheiliget.

II. 40. So wird mir auf meinem heiligen Berg / auf dem hohen Gebirg Iſrael / ſpricht GOtt der HErr / allda wird mir das gantze Hauß Iſrael dienen / nemlich alle / die in dem Land ſeynd / darin ſie mir wolgefallen werden / allda will ich nach euren erſten Fruchten fragen / und nach den Erſtlingen eurer Zeyenden ſamt allem / was ihr mir heiliget.

41. Ich wil euch annehmen zum ſüſſen Geruch / wan ich euch auß den Völckern geführet / und auß

den

den Landen/ dahin ihr zerstreuet worden/ wird ver-sammlet haben und ich wird in euch geheiliget wer-den/ in den Augen der Heyden.

42. Und ihr sollet wissen/ daß ich der HErr bin/ wan ich euch nun in das Land Israel werd gebracht haben/ in das Land/ darüber ich meine Hand außgestrecket hab/ euren Vätteren dasselbig zu geben.

43. Allda werdet ihr gedencken an eure Weeg/ und an alle eure Laster/ damit ihr euch verunreini-get habt : und ihr werdet an euch selbst ein Miß-fallen tragen vor eurem Angesicht/ wegen aller eu-rer Boßheit/ die ihr begangen habt.

44. Und ihr sollet wissen/ daß ich der HErr bin/ wan ich euch wird Guts gethan haben um meines Namens willen/ und nit nach euren bösen Wegen noch nach euren schändlichen Lastern ihr vom Hauß Israel/ spricht GOtt der HErr.

45. Und deß HErrn Wort geschahe zu mir/ und sprach:

III. 46. Du Menschenkind/ richte dein Angesicht zu dem Weeg gegen Mittag/ und sprich zum Sud-wind/ und weissage wider den Wald im Feld ge-gen Mittag:

47. Und du solst dem Wald gegen Mittag sa-gen: Höre deß HErrn Wort: Diß sagt GOtt der HErr: Sihe/ ich wil ein Feuer in dir anzün-den/ und wil alle grüne Bäum/ und alle dürre Bäum in dir verbrennen: man sol die Flamm deß Brands nit löschen können/ und alles/ was ein An-sehen hat/ von Mittag/ biß gen Mitternacht/ sol darin verbrandt werden.

48. Und alles Fleisch sol sehen/ daß ich der HErr es angezündet hab/ und daß mans nit werd löschen können.

49. Und ich sprach: Ach/ ach/ ach/ HErr GOtt: Sie sagen von mir: Redet diser nit in Gleichnus-sen *a*?

Das XXI. Capitel.

I. Der Prophet weissagt grosse Niderlag/ 1.

II. Daß Nabuchodonosor Jerusalem werde zerstören/ 18.

III Hernach die Ammoniter ingleichen; hingegen aber die Chaldeer sollen auch durch Cyrum verhergt werden/ 28.

1. UNd deß HErrn Wort geschahe zu mir/ und sprach:

2. Du Menschenkind/ richte dein Angesicht gen Jerusalem/ und trieffe über das Heiligthum/ und weissage wider das Land Israel:

3. Und sprich zum Land Israel: Diß sagt GOtt der HErr: Sihe/ ich wil an dich/ und ich wil mein

a dunckle verdeckte Ding.

gavero vos de terris, in quas dispersi estis, & sanctificabor *l* in vobis in oculis natio-num.

l sanctè co-lar.

42. Et scietis quia ego Dominus, cùm induxero vos ad terram Israel, in terram, pro qua levavi manum meam, ut darem eam patribus vestris.

43. Et recordabimini ibi *m* viarum ve-strarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas fecistis.

m verè pœ-nitentes.

44. Et scietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non secundùm vias vestras malas, ne-que secundùm scelera vestra pessima do-mus Israel, ait Dominus Deus.

45. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

III. 46. Fili hominis, pone faciem tuam *n* contra viam Austri *o*, & stilla ad Afri-cum, & propheta ad saltum agri meridia-ni *p*.

n intrepidè vaticinare.

o Jerusalem quæ Babylo-nis australis est.

47. Et dices saltui meridiano: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride *q*, & omne lignum aridum *r*: non extingue-tur flamma succensionis *s*: & combure-tur in ea omnis facies ab Austro usque ad Aquilonem.

p terram Is-rael.

q bonos.

r malos.

s vehemens

48. Et videbit universa caro, quia ego Dominus succendi eam, nec extingue-tur.

49. Et dixi: A a a, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Numquid non per parabo-las loquitur iste?

CAPUT XXI.

I. Vaticinatur gladium & cædem multiplicem 1.

II. Super Jerusalem. 18.

III. Super filios Ammon, à rege Babylonis, qui tandem etiam in terra sua judicandus est, peni-tùsque dissipandus. 28.

1. ET factus est *a* sermo Domini ad me, dicens:

a Eodem anno 3411

2. Fili hominis, pone faciem tuam ad Jerusalem, & stilla *b* ad sanctuaria, & pro-pheta contra humum Israel:

b continen-ter loquere

3. Et dices terræ Israel: Hæc dicit Do-minus Deus: Ecce ego ad te, & ejiciam gla-

gladium meum de vagina sua, & occîdam in te justum & impium *e*.

4. Pro eo autem quòd occîdi in te justum, & impium, idcircò egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro usque ad Aquilonem:

5. Ut sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem.

6. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis.

7. Cúmque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu *d*: quia venit *e*, & tabescet omne cor, & dissolventur universæ manus, & infirmabitur omnis spiritus; & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus.

8. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

9. Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Loquere: Gladius, gladius exacutus est, & limatus *f*.

10. Ut cædat victimas, exacutus est: ut splendeat, limatus est: qui moves sceptrum filii mei *g*, succidisti *h* omne lignum.

11. Et dedi eum ad levigandum ut teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est ut sit in manu interficientis.

12. Clama, & ulula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel, qui fugerant: gladio traditi sunt cum populo meo, idcircò plaude super femur,

13. quia probatus est: & hoc, cùm sceptrum *k* subverterit, & non erit, dicit Dominus Deus.

14. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur *l* gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit,

15. & corde tabescere, & multiplicat ruinas *m*: In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

e sc. in clade communi.
d propter rem auditam.
e clades.
f q. d. instat terribile bellum.
g i. populi mei Israel.
h succides.
k regnum Juda.
l multipliciter interficiet.
m cadavera & cædes.

Schwerdt auß seiner Scheiden ziehen / und wil den Gerechten und Gottlosen in dir erwürgen.

4. Dieweil ich aber in dir so wohl den Gerechten als den Gottlosen umbringe / so wird auch mein Schwerdt auß seiner Scheiden über alles Fleisch herauß fahren / von Mittag / biß gen Mitternacht:

5. Auf daß alles Fleisch wisse / daß ich der HErr mein Schwerdt auß seiner Scheiden gezogen hab / welches nit wider sol zuruck kehren.

6. Und du Menschen-Kind solst seufftzen / daß dir die Lenden weh thun / bitterlich solst du seufftzen vor ihren Augen.

7. Und wan sie zu dir sagen: Warum seufftzestu: so sprich: Von wegen deß Geschreys / dan es komt / und alle Hertzen werden darfür verschmachten / u. alle Händ krafftloß werden / und aller Muth wird dahin sincken / und das Wasser wird über alle Knie lauffen: Sihe / es kommt / und wird geschehen / spricht GOtt der HErr.

8. Und deß HErrn Wort geschahe zu mir / und sprach:

9. Du Menschenkind solst weissagen / und sprechen: Diß sagt GOtt der HErr: Sprich: Das Schwerdt / das Schwerdt ist geschärpfft und geschleiffet.

10. Es ist geschärpfft / daß es Opffer sol schlachten / und geschleiffet / daß es blincken *a* sol: Du hast alle Bäum abgehauen / der du bewegest den Scepter meines Sohns.

11. Ich hab das Schwerdt zu schleiffen gegeben / daß mans mit der Hand fassen könne: nun ist es geschärfft und geschleiffet / daß es der Erwürger in die Hand nehme.

12. Schreye und heule / du Menschen-Kind: dan es kommt über mein Volck / und über alle Fürsten Israel / die geflohen waren: und sie samt meinem Volck seynd dem Schwerdt übergeben / darum schlage auf deine Hüfft /

13. Dan es ist bewehret: und dises / wan es den Scepter umkehrẽ wird / daß er nit mehr sey / spricht GOtt der HErr.

14. Derwegen weissage / du Menschenkind / und schlage die Händ zusammen / und laß das Schwerdt zweyfach kommen / ja laß das Schwerdt dreyfach kommen / das würgende Schwerdt: diß ist das Schwerdt der grossen Niderlag: das ihnen ein grossen Schröcken bringet /

15. Und ihr Hertz verzagt macht / und vil Leut erwürget. In allen ihren Thoren hab ich ein Schröcken gemacht mit dem scharpffen Schwerdt / das geschleiffet ist zu blincken / und eingefasset zu würgen.

a glantzen.

16.

16. Gehe scharpff hinein / fahre zur Rechten / oder zur Lincken / wohin dein Angesicht Lust hat sich zu wenden.
17. So wil ich die Hand zusammen schlagen / und meinen Zorn vollenden / ich der HErr habs geredt.
II. 18. Und deß HErrn Wort geschahe zu mir / und sprach:
19. Du Menschenkind / entwerffe dir zween Weg / durch welche das Schwerdt deß Königs von Babylon komme: sie sollen aber beyde auß einem Land herauß gehen: so wird er einē mit d' Hand erforschē / oben am Weeg d' Stadt wird er einen erforschen.
20. Du solt den Weeg machen / daß komme das Schwerdt gen Rabbath der Kinder Ammon / und in Juda gen Jerusalem / die überauß vest ist.
21. Dan der König von Babylon wird an der Weegscheid stehen / forn an den zween Weegen / u. wird Rath suchen bey den Warsagern / u. die Pfeil untereinander mischen: er wird die Abgötter fragen / und das Ingeweid besehen.
22. Da wird die Warsagung auf seine rechte Seiten gen Jerusalem deuten / daß er sol Maurenbrecher ansetzen / und den Mund aufthun zu schlachten / und die Stimm erheben zu heulen / u. die Maurenbrecher wider die Thor ansetzen: und Wallschütten aufwerffen / und Bollwerck bauen.
23. Aber es wird in ihren Augen seyn / als hätte sich der Frager vergeblich wahrsagen lassen / und wolte ruhen / gleichwie am Sabbat: er aber wird an die Missethat gedencken / daß er sie gewinne.
24. Derwegen sagt diß GOtt der HErr: Darum / daß ihr an eure Missethat widerum gedacht habt / und habt eure Ubertrettung offenbaret / daß also eure Sünd / die ihr in allen euren Gedancken gehabt / am Tag seynd: darum sage ich / daß ihr euch derselben erinnert habt / sollet ihr mit der Hand gefangen werden.
25. Aber du verfluchter und gottloser Fürst in Israel / dessen Tag heran kommt / wan die bestimte Zeit deiner Boßheit vollendet ist:
26. Diß sagt GOtt der HErr: Leg die Ehrenhauben ab / und thue die Cron hinweg: ists nit dise Cron / welche den Nidrigen erhöhet / und den Erhöheten ernidert hat?
27. Ich wil sie absetzen / die Ungerechtigkeit / die Ungerechtigkeit / die Ungerechtigkeit: das sol aber nit geschehen / biß der komme / dem das Gericht zu halten gebühret / dem wil ich sie übergeben.
III. 28. Und du Menschen-Kind / weissage / u. sprich: Diß sagt GOtt der HErr zu den Kindern Amon / und zu ihrer Schmach / und sprich: Du Schwerdt

16. Exacuere, vade ad dexteram, sive ad sinistram, quocumque faciei tuæ est appetitus *n*. — *n* impetus
17. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus locutus sum.
II. 18. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
19. Et tu fili hominis pone *o* tibi duas vias, ut veniat gladius regis Babylonis: de terra una *p* egredientur ambæ, & manu capiet *pp* conjecturam, in capite *q* viæ civitatis conjiciet. — *o* designa. *p* sc. Chaldæa. *pp* sc. Chaldæus. *q* ubi una via in duas se dividit.
20. Viam pones ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Judam in Jerusalem munitissimam.
21. Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem quærens, commiscens sagittas: interrogavit idola, exta consuluit.
22. Ad dexteram ejus facta est divinatio super Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde, ut elevet vocem in ululatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut ædificet munitiones.
23. Eritque quasi consulens frustrà oraculum in oculis eorum, & sabbatorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis *r* ad capiendum. — *r* violati juramenti.
24. Idcircò hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & revelastis *s* prævaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini. — *s* fecistis apparere.
25. Tu autem profane *t*, impie dux Israel, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita: — *t* Sedecia.
26. Hæc dicit Dominus Deus: Aufer cidarim *u*, tolle coronam *x*: nonne hæc est, quæ humilem sublevavit, & sublimem humiliavit? — *u* Pontificis. *x* regis.
27. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum est donec veniret *y* cujus est judicium, & tradam ei. — *y* Nabuchodonosor. v. Gen. 49. 10.
III. 28. Et tu fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, &

dices: Mucro, mucro *yy*, evagina te *z* ad occidendum, lima te ut interficias, & fulgeas,

29. cùm tibi viderentur vana, & divinarentur mendacia: ut dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita.

30. Revertere *a* ad vaginam tuam, in loco in quo creatus es, in terra nativitatis tuæ judicabo te,

31. & effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, dabóque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum.

32. Igni eris cibus, sanguis tuus erit *b* in medio terræ, oblivioni traderis: quia ego Dominus locutus sum.

yy Chaldæorum.
z Sic habent Vaticana anni 1592. & 1624. aliqui legunt per participium evaginate, limate.
a O Chaldæe ad regionem.
b effusus.

Du Schwerdt / zucke dich auß zu würgen / schärpffe dich zu tödten / und zu blincken /

29. Dieweil man eitel Ding für dich gesehen / und Lugen geweissaget hat / damit du hingeben würdest auf den Halß der erschlagenen Gottlosen / deren bestimmter Tag heran kommt / wan die Zeit ihrer Boßheit vollendet ist.

30. Kehre wider um in deine Scheiden / an dem Ort / da du geschaffen bist / in dem Land / darin du geboren bist / wil ich dich richten.

31. Und ich wil meinen Zorn über dich außschütten / das Feuer meines Grimms wil ich wider dich aufblasen / und dich tollen Leuten / die Verderbung anrichten / überantworten.

32. Du wirst dem Feur zur Speiß seyn / und dein Blut wird mitten im Land vergossen werden / und man wird deiner vergessen: dan ich der HErr habs geredt.

CAPUT XXII.

I. Varia narrat scelera Jerosolymis perpetrata, 3.

II. Propter quæ dicit se super eos effusurum indignationem suam: 18.

III. Narrat scelera sacerdotum, principum, pseudoprophetarum, ac populi terræ, ut nullus pro avertendo furore Domini se opponeret. 24.

1. ET factum est *a* verbum Domini ad me, dicens:

2. Et tu fili hominis nonne judicas *b*, nonne judicas civitatem sanguinum *c*?

I. 3. & ostendes ei omnes abominationes suas, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus: & quæ fecit idola contra semetipsam ut pollueretur.

4. In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos *d*, & adduxisti tempus annorum *e* tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionem universis terris.

5. Quæ juxta sunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu.

6. Ecce principes Israel singuli in brachio

a Eodem anno 3411.
b q. d. quid cessas corripere.
c Jerusalem.
d Chald. interitus tui,
e quibus eris in captivitate.

Das XXII. Capitel.

I. Der Prophet erzehlet unterschidliche schwere Laster der Inwohner zu Jerusalem / 3.

II. Durch welche die Juden gleichsam seyn zum Schaum worden / welcher durch das Feuer müsse gereinigt werden / 18.

III. Solches verursachen die Fürsten / und die falsche Propheten / welche alles Recht verkehren / 24.

1. UNd deß HErrn Wort geschahe zu mir / und sprach:

2. Und du Menschenkind / wilst du die mörderische Stadt nit urtheilen? wilstu sie nit urtheilen?

I. 3. Du solst ihr alle ihre Greul anzeigen / und sagen: Diß sagt GOtt der HErr: Es ist die Stadt / welche mitten in ihr Blut vergiesset / damit ihre Zeit heran komme: und welche Abgötter wider sich selbst gemacht hatte / damit sie verunreiniget wurde.

4. Du hast dich versündiget an deinem Blut / das von dir vergossen worden: und bist verunreiniget durch die Abgötter / die du zugerichtet hast: du hast deine Tag machen herzu nahen / und hast die Zeit deiner Jahren herbey geführt / darum hab ich dich den Heyden zur Schmach übergeben / und zum Spott in allen Landen.

5. Die nah bey dir / und die fern von dir gelegen seynd / werden über dich frolocken: die du in deinem Unflath so berühmet bist / und in grossem Elend zu Grund gehest.

6. Sihe / die Fürsten in Israel / ein jeglicher nach sei-

seinem Vermögen / haben sich unterfangen Blut in dir zu vergiessen.

7. Sie haben Vatter und Mutter in dir Schmach angethan / den Frembdlingen unter dir Gewalt angethan / Wittwen und Waisen bey dir betrübet:

8. Du hast mein Heiligthum verachtet / und meine Sabbat entheiliget.

9. Es seynd verleumbderisch Leut in dir gewesen / Blut zu vergiessen / sie haben bey dir auf den Bergen gessen / mitten in dir haben sie Laster begangen.

10. Die Scham deß Vatters haben sie bey dir entblöset / und haben die Weiber geschändet in ihrer monatlichen Schwachheit.

11. Ein jeglicher hat mit seines Nächsten Weib Greuel getriben / der Schwäher hat seine Schnur abscheulicher Weiß verunreiniget / und der Bruder hat seine eigene Schwester / die Tochter seines Vatters in dir verkräfftiget *a*.

12. Sie haben Geschenck von dir genommen / Blut zu vergiessen: du hast gewuchert / und über die Gebühr genommen: hast auß Geitz deinen Nächsten unterdrucket / und bist meiner vergessen / spricht GOtt der HErr.

13. Sihe ich hab über deinen Geitz / den du getriben hast / und über das Blut / so in dir vergossen worden / meine Händ zusammen geschlagen.

14. Wirds dein Hertz wohl erleyden können / oder werden deine Händ die Uberhand behalten / in den Tagen / die ich über dich bringen wird? Ich der HErr habs geredt / und wil es auch thun.

15. Und ich wil dich zerstreuen unter die Heyden / und in die Land hinauß werffen / und wil deiner Unsauberkeit ein End in dir machen.

16. Und ich wil dich zum Besitz nehmen vor dem Angesicht der Heyden / und du solst wissen / daß ich der HErr bin.

17. Und deß HErrn Wort geschahe zu mir / und sprach:

II. 18. Du Menschen-Kind / das Hauß Israel ist mir zum Schaum b worden: sie alle sammtlich seynd wie Ertz und Zinn / und Eisen und Bley mitten im Ofen: wie Silber-Schaum seynd sie worden.

19. Darum sagt diß GOtt der HErr: Dieweil ihr alle zu Schaum worden seyd / sihe so wil ich euch mitten in der Stadt Jerusalem zusammen bringen /

20. Wie man Silber / und Ertz und Zinn / und Eisen und Bley mitten im Ofen zusammen bringt: damit ich ein Feur darunter anblase zu schmeltzen:

a genöthiget. b Schlack.

suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem.

7. Patrem, & matrem contumeliis affecerunt in te, advenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristaverunt *f* apud te:

8. Sanctuaria mea sprevisti, & sabbata mea polluisti.

9. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt *ff* in te, scelus operati sunt in medio tui.

10. Verecundiora patris *g* discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ *h* humiliaverunt in te:

11. *k* Et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem *l*, & socer nurum suam polluit nefariè, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te.

12. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: usuram & superabundantiam accepisti, & avarè *m* proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus.

13. Ecce complosi manus meas super avaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui.

14. Numquid sustinebit *n* cor tuum, aut prævalebunt *o* manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, & faciam.

15. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.

16. Et possidebo te *p* in conspectu Gentium: & scies quia ego Dominus.

17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

II. 18. Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam *q*: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: scoria argenti facti sunt.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eò quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem,

20. congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: ut succendam in ea ignem ad con-

f 70. oppresserunt.
ff idolothyta.
g Lev. 18. 8.
h Lev. 20. 18.
k Jerem. 5. 8.
l adulterando.
m ex avaritia, ut spoliaretis.
n futura flagella.
o contra me.
p sic expiatam.
q scoria significat fæces & recrementa metalli.

conflandum, ſic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam: & conflabo vos.

21. Et congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio ejus.

22. Ut conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio ejus: & ſcietis quia ego Dominus, cùm effuderim indignationem meam ſuper vos.

23. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

III. 24. Fili hominis, dic ei *n*: Tu es terra immunda, & non compluta in *o* die furoris.

n urbi & regioni.
o irę.
p falſorum.

25. Conjuratio prophetarum *p* in medio ejus, ſicut leo rugiens, rapiénſque prædam, animas devoraverunt, opes & pretium *q* acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.

q i. pretioſum.

26. Sacerdotes ejus contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctum & prophanum non habuerunt diſtantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à ſabbatis meis averterunt oculos ſuos, & coinquinabar *r* in medio eorum.

r profanè tractabar.

27. *s* Principes ejus in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & avarè ad ſectanda lucra.

s Mich. 3. 11. Soph. 3. 3.

28. Prophetæ autem ejus liniebant eos *t* abſque temperamento, videntes vana, & divinantes eis mendacium, dicentes Hæc dicit Dominus Deus, cùm Dominus non ſit locutus.

t populares opiniones confirmabant.

29. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumnia abſque judicio.

30. Et quæſivi de eis *u* virum, qui interponeret ſepem *x*, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam: & non inveni.

u quos reprehendi.
x per pœnitentiam me placaret.

31. Et effudi *y* ſuper eos indignationem meam, in igne iræ meæ conſumpſi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

y i. effundā.

CAPUT XXIII.

I. Sub figura multiplicium ſtuprorum duarum meretricum Oollæ & Oolibæ ac punitionis earum, oſtenditur idololatria & turpiſſima libido peccandi Samariæ & Jeruſalem, 1.

alſo wil ich euch in meinem Grimm/ und in meinem Zorn verſammlen/ und mich zu Ruh begeben: Ich wil euch zuſammen ſchmeltzen.

21. Und ich wil euch verſammlen/ und im Feur meines Grimms euch anzünden/ und ihr ſollt mitten darin zerſchmeltzen.

22. Wie Silber im Ofen geſchmoltzen wird/ alſo ſollet ihr mitten darinn ſeyn: und ihr ſollet wiſſen/ daß ich der HErr bin/ wan ich meinen Grimm über euch hab ausgegoſſen.

23. Und deß HERRN Wort geſchahe zu mir/ und ſprach:

III. 24. Du Menſchenkind/ ſag ihr: Du biſt ein unreines Land/ das am Tag deß Zorns nit beregnet wird.

25. Die Propheten in ihr haben ſich zuſammen verſchworen/ ſie haben die Seelen gefreſſen/ wie ein brüllender Löw/ der einen Raub erhaſchet/ haben Reichthum und Geld an ſich gebracht/ und vil Wittwen in ihr gemacht.

26. Ihre Prieſter haben mein Geſatz verachtet/ und mein Heiligthum verunreiniget: ſie haben zwiſchen dem Heiligen und Unheiligen keinen Unterſcheid gehalten/ nit verſtanden/ was unrein/ und was rein ſey: ihre Augen haben ſie von meinem Sabbath abgewendet/ und ich bin mitten unter ihnen entheiliget worden.

27. Ihre Fürſten ſeynd unter ihnen geweſen/ wie reiſſende Wölff/ einen Raub zu erhaſchen/ und Blut zu vergieſſen/ und Seelen zu verderben/ und aus Geitz dem Gewin nachzutrachten.

28. Aber ihre Propheten bewurffen ſie mit unbereitem Mörtel/ ſie ſahen eitel Ding/ und weiſſagten ihnen Lugen/ und ſprachen: Diß ſagt GOTT der HERR/ da es doch der HErr nit geredt hat.

29. Das Volck im Land trib groſſen Gewalt/ ſie raubten mit Macht/ und beleidigten den Dürfftigen und Armen/ und unterdruckten den Frembdling mit Gewalt/ ohne Recht und Fug.

30. Und ich ſuchte unter ihnen einen Mann/ der einen Zaun darzwiſchen machte/ und ſich mir entgegen ſtellete vor das Land/ damit ich's nit verwüſtete: und ich hab niemand gefunden.

31. Darum hab ich meinen Grimm über ſie ausgeſchüttet/ und ſie im Feur meines Zorns verzehret: ihren Weg hab ich ihnen auf ihr Haubt vergolten/ ſpricht GOtt der HErr.

Das XXIII. Capitel.

I. Unter der Gleichnuß zweyer Huren Oollā/ und Oolibā beſchreibt der Prophet die Abgötterey Jeruſalem und Samariā: daß Jeruſalem in der Boßheit Samariam weit übertroffen/ 1.

II. Verkündigt beyden die Straff der Ehebrecherinnen und Todtschlägerinnen: als nemlich / Versteinigung / Feur / Schwerdt und Vertilgung/ 22.

1. UNd deß HERRN Wort geschahe zu mir und sprach:

2. Du Menschenkind/ es waren zwey Weiber/ einer Mutter Töchter:

3. Diese triben Hurerey in Egypten/ und begiengen Unzucht in ihrer Jugend: daselbst wurden ihre Brüst gedruckt / und die Zitzen *a* ihrer Jugend gebrochen.

4. Ihre Namen aber waren/ Oolla/ die Aeltesten/ und Ooliba/ ihre Schwester / die Jüngste: und ich nam sie/ und sie gebahren Söhn und Töchter. Der Nam Oolla hieß Samaria und Ooliba/ Jerusalem.

5. Und Oolla trib Hurerey bey mir/ und wütete nach ihren Buler / nemlich den Assyriern/die sich zu ihr machten/

6. Und waren mit Seiden bekleidet/ waren Fürsten und Herren/ und freundliche junge Gesellen u. waren alle Reuter/ die auf Pferden ritten.

7. Und sie begab sich auf Hurerey mit ihnen/ mit allen auserwehlten Kindern Assur/ und mit allen/ in welche sie verliebet war / und ist also mit ihrer Unsauberkeit beflecket worden.

8. Uber das unterließ sie ihre Hurerey nit / die sie in Egypten getriben hatte: dan die Egypter seynd auch bey ihr gelegen in ihren jungen Tagen / und hatten die Brüst ihrer Jugend getruckt / und ihre Unzucht über sie ausgossen.

9. Darum hab ich sie in die Händ ihrer Buler übergeben/ in die Händ der Kinder Assur/nach welchen sie also in der Brunst gewütet hat.

10. Die haben ihre Scham aufgedecket/ und ihre Söhn und Töchter hinweg genommen/ und haben sie selbst mit dem Schwert erwürget: und es seynd berühmte Weiber worden/ und sie haben ihr das Recht widerfahren lassen.

11. Da solches ihre Schwester Ooliba sahe / war sie von unzimlicher Brunst vil unsinniger/ dan jene / und tribe noch vil mehr Unzucht/ dan ihre Schwester getriben hatte:

12. Sie henckte sich ohn einige Scham an die Kinder Assur/ an die Fürsten und Herren/die zu ihr kamen/ und waren mit bunten Kleidern bekleidet/ an die Reuter / die auf Rossen daher ritten / und an alle schöne junge Gesellen.

13. Und ich sahe/ daß sie beyde auf einem unreinen Weg giengen.

14. Aber diese mehrte ihre Unzucht: dan wan sie

a Duten

II. *Propter quam tradendæ sunt in opprobrium Gentibus, quarum sunt idololatriam imitatæ.* 22.

1. ET factus est *a* sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius *b* fuerunt,

3. & fornicatæ sunt *c* in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum.

4. Nomina autem earum, Oolla major, & Ooliba soror ejus minor: & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina, Samaria Oolla, & Jerusalem Ooliba.

5. Fornicata est igitur super me *d* Oolla, & insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes,

6. vestitos hyacintho, principes, & magistratus, juvenes cupidinis *e*, universos equites, ascensores equorum.

7. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum universos: & in omnibus, in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.

8. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia ejus, & illi confregerunt ubera pubertatis ejus, & effuderunt *f* fornicationem suam super eam.

9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.

10. *ff* Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, filios, & filias ejus tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ *g* mulieres *h*, & judicia *l* perpetraverunt in ea.

11. Quòd cùm vidisset soror ejus Ooliba, plusquam illa insanivit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ

12. ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus, & magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus formâ cunctis egregiâ.

13. Et vidi quòd polluta esset via una ambarum.

14. Et auxit fornicationes *m* suas: cùm

a Eodem anno 3411

b Saræ seu Synagogæ.

c coluerunt idola.

d contra me virum & sponsum.

e desiderabiles.

f locuerunt omne genus idololatriæ.

ff Sup. 16. 38

g celebres flagitiis & pœnis.

h Samariæ.

l 70. ultiones.

m sc. idololatria & alia peccata

que vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus,

15. & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt,

16. insanivit super eos concupiscentiâ oculorum suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam.

17. Cúmque venissent ad eam filii
n Hebr. amorum, sic vocat fana & delubra. Babylonis ad cubile mammarum *n*, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima ejus ab illis.

o publicè coluit idola.

18. Denudavit *o* quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore ejus.

19. Multiplicavit enim fornicationes
p revocans mihi in memoriam illam veterem idololatriam. suas recordans *p* dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti.

20. Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum: & sicut fluxus equorum, fluxus eorum.

q renovasti. 21. Et visitasti *q* scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto ubera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

II. 22. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua; & congregabo eos adversum te in circuitu;

23. Filios Babylonis, & universos Chaldæos, nobiles, tyrannósque & principes, omnes filios Assyriorum, juvenes formâ egregiâ, duces, & magistratus universos, principes principum, & nominatos ascensores equorum:

24. & venient super te instructi curru, & rota, multitudo populorum: loricâ, & clypeo, & galeâ armabuntur contra te undique: & dabo co-
q Chald. ultionem. ram eis judicium *q*, & judicabunt te judiciis suis.

25. Et ponam zelum meum in te,
r Hebr. facient in furore. quem exercent *r* tecum in furore: nasum tuum, & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio concîdent:

Männer auf der Wand gemahlet sahe/ nemlich die Bilder der Chaldeer / mit Farben ausgestrichen:

15. Welche mit Gürtlen an ihren Lenden umgürtet waren/ und bunte b Hüt auf ihren Häubtern hatten auch alle wie Fürsten anzusehen waren/ und die Bilder der Kinder Babylon / und der Chaldeer/ nach deß Lands Weiß darin sie geboren waren:

16. Gewann sie brünstige Lieb gegen ihnen durch unziemliche Lust ihrer Augen/ und sandte Botten zu ihnen ins Land der Chaldeer.

17. Und wan die Kinder Babylon zu ihr kamen/ in die Schlaffkammer/ da man der Lieb pflegen solte / triben sie ihre unflätige Hurerey mit ihr/ und sie ward von ihnen verunreinigt/ daß ihre Seel von ihnen ersättiget ward.

18. Sie entdeckte auch selbst ihre Hurerey/ und entblössete ihre Scham: und meine Seel wandte sich von ihr ab/ wie sich zuvor meine Seel von ihrer Schwester abgewendet hatte.

19. Dan sie vermehrte ihre Hurerey / und gedachte an die Tag ihrer Jugend/ da sie in Egyptenland Unzucht getriben hatte.

20. Und sie wütete von Unzucht / bey denen zu schlaffen/ deren Fleisch ist / wie das Fleisch der Esel / und ihr Fluß / wie der Hengst Fluß.

21. Und du begabest dich in das Laster deiner Jugend / da deine Brüst in Egypten getruckt / und die Zitzen deiner Jugend gebrochen wurden.

II. 22. Darum/ Ooliba/ so sagt diß GOtt der HErr: Sihe ich wil alle deine Buler wider dich erwecken / von welchen sich deine Seel ersättiget hat und wil sie rings herum wider dich zusammen bringen:

23. Nemlich die Kinder Babylon/ und alle Chaldeer/ die Edle/ und Gewaltige / und Oberste/ alle Kinder der Assyrier / junge/ und wolgestalte Männer/ alle Fürsten und Herren / die Fürsten der Fürsten/ und die namhaffte Reuter / so zu Pferd sitzen.

24. Und sie werden über dich kommen / mit Wagen und Rädern versehen: eine grosse Meng der Völcker: und sie werden sich mit Pantzer/ und Schild/ und Helm von allen Seiten her wider dich rüsten: und ich wil ihnen das Gericht übergeben / und sie werden dich richten nach ihren Rechten.

25. Und ich wil meinen Eifer über dich führen/ den sie in ihrem Grimm an dir üben sollen: sie werden dir deine Nasen und Ohren abschneiden / und was übrig bleibet/ das werdẽ sie mit dem Schwert

b gefärbte.

zer-

zerhauen: deine Söhn/ und deine Töchter werden sie gefangen nehmen/ und was von dir übrig bleibet/ das wird durchs Feuer verzehret werden.

26. Sie werden dir deine Kleider ausziehen/ und deinen herrlichen Zierrath hinweg nehmen.

27. Und ich wil machen/ daß dein Laster von dir sol lassen/ und auffhören/ samt deiner Hurerey/ die du aus Egyptenland gebracht hast: du solst auch deine Augen nit mehr zu ihnen auffheben/ noch hinführo an Egypten gedencken.

28. Dan diß sagt GOtt der HErr: Sihe/ ich wil dich in die Händ der jenigen übergeben/ die du hassest/ in die Händ der jenigen/ von welchen sich deine Seel ersättiget hat.

29. Und sie werden aus Haß mit dir umgehen/ und alle deine Arbeit hinweg nehmen/ und dich nackend/ und voller Schmach lassen/ und die Schand deiner Unzucht/ dein Laster/ und deine Hurerey wird entdecket werden.

30. Solches werden sie dir darum thun/ daß du den Heyden nachgehuret/ und dich unter ihnen verunreiniget hast mit ihren Abgöttern.

31. Du bist auf dem Weg deiner Schwester gewandlet/ darum wil ich dir ihren Kelch in deine Hand geben.

32. Diß sagt GOtt der HErr: Du solst den tieffen/ und weiten Kelch deiner Schwester trincken/ und wirst zum grösten Schimpff und Spott werden.

33. Du wirst truncken/ und mit Schmertzen erfüllet werdē aus dem Kelch der Trübsal u. Traurigkeit/ aus dem Kelch deiner Schwester Samaria.

34. Denselben wirstu trincken/ und aussauffen biß auf die Hefen: auch wirstu seine Brocken fressen/ und deine Brüst zerreissen: dan ich habs geredt/ spricht GOtt der HErr.

35. Darum sagt diß GOtt der HErr: Dieweil du meiner vergessen hast/ und mich hinter deinen Rucken geworffen/ so trage nun auch dein Laster/ und deine Hurerey.

36. Und der HErr redete mit mir/ und sprach: Du Menschenkind/ wilstu nit über Oolla und Ooliba das Recht sprechen/ und ihnen ihre Laster anzeigen?

37. Dan sie haben Ehebruch begangen/ es ist Blut in ihren Händen/ und sie haben mit ihren Abgöttern Hurerey getriben/ über das haben sie denselben ihre Kinder/ die sie mir gezeuget hatten/ zu fressen aufgeopffert.

38. Sie haben mir auch noch diß gethan: mein Heiligthum haben sie an demselben Tag entweihet/ und meine Sabbat entheiliget.

ipsi filios tuos, & filias tuas capient; & novissimum tuum devorabitur igni.

26. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.

27. Et requiescere *s* faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti: nec levabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius. *s* i. cessare.

28. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odisti, in manus, de quibus satiata est anima tua.

29. Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominiâ plenam, & revelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum, & fornicationes tuæ.

30. Fecerunt *t* hæc tibi, quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum. *t* facient.

31. In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem ejus *u* in manu tua. *u* iisdem pœnis te afficiam.

32. Hæc dicit Dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum: eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima. *x* *x* i. maxima, Sà.

33. Ebrietate, & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ.

34. Et bibes illum, & epotabis usque ad fæces *y*, & fragmenta ejus devorabis, & ubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. *y* extrema mala iustinebis.

35. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia oblita es mei, & projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus *z* tuum, & fornicationes tuas. *z* sceleris pœnam.

36. Et ait Dominus ad me, dicens: Fili hominis, numquid judicas Oollam, & Oolibam, & annuntias eis scelera earum?

37. Quia adulteratæ sunt, & sanguis *s* in manibus earum, & cum idolis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad devorandum. *t* *s* iniquè effusus. *t* comburendum.

38. Sed & hoc fecerunt mihi *u*: Polluerunt sanctuarium *x* meum in die illa, & sabbata *y* mea profanaverunt. *u* contra me. *x* idolis. *y* peccatis.

39. Cúmque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum in die illa ut polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domûs meæ.

40. Miserunt ad viros venientes de longè ad quos nuntium miserant: itaque ecce venerunt z: quibus a te lavisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.

41. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te: thymiama meum b, & unguentum meum posuisti super eam.

42. Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum.

43. Et dixi ei, quæ attrita est in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc.

44. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oollam, & Oolibam mulieres nefarias.

45. Viri ergo justi c sunt: hi judicabunt eas judicio adulterarum, & judicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum.

46. Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam:

47. Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum: filios, & filias earum interficient, & domos earum igne succendent.

48. Et auferam scelus d de terra, & discent omnes mulieres e ne faciant secundùm scelus earum.

49. Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis quia ego Dominus Deus.

z jam non a nasi, sed ut jurati hostes.
a in quorum gratiam.
b quod mihi adolere debueras.
c ministri divinæ justitiæ.
d idololatriæ.
e urbes & provinciæ.

Caput XXIV.

I. Sub figura ollæ plenæ carnibus & igni admotæ significat Jerusolymam cum civibus obsidendam & igni absumendam 3

II. Sub figura mortuæ uxoris Ezechielis, pro qua jussus est nullum facere luctum, significat Dominus domum Israel in exitium tradendam, filiósque eius trucidandos, nullo sequente luctu præ animi stupore. 15.

39. Dan wan sie ihre Kinder ihren Abgöttern opfferten, so giengen sie am selben Tag in mein Heiligthum/ damit sie dasselbig verunreinigten: diß haben sie auch in meinem Hauß begangen.

40. Sie haben ausgeschickt zu Männern die aus fernen Landen kamen, zu denen haben sie Botten gesandt: u. sihe/ sie kamen: da hast du dich um ihrentwillen gewaschē/ u. deine Stirn mit Schminck bestrichen/ und dich mit Weiber Geschmuck gezieret.

41. Da sassestu auf einem sehr schönen Beth/ und ward ein Tisch vor dir zubereitet / darauff legtestu mein Rauchwerck / und meine köstliche Salben.

42. Da ward die Stimm deß frolockenden gemeinen Volcks in ihr gehöret: und den Männern / welche vom grossen Volck herzu geführet waren / und aus der Wüst kamen / gaben sie Armgeschmeid an ihre Händ / und herrliche Cronen auf ihre Häubter.

43. Und ich sprach zu der / welche von Alters ihre Ehebrecherey getriben hatte: Nun wird auch dise in ihrer Hurerey fortfahren.

44. Und sie giengen zu ihr hinein / wie zu einem gemeinen Weib: also giengen sie hinein zu der Oolla/ und Ooliba/ den unflätigen Weibern.

45. Darum werden gerechte Männer das Urtheil über sie fällen/ daß man über die Ehebrecherin fället/ und über die/ so Blut vergiessen: dan sie seynd Ehebrecherin und es ist Blut in ihren Händen.

46. Dan diß sagt GOtt der HErr: Führe eine grosse Anzahl Volcks über sie / und laß sie in ein Mordgeschrey kommen und zum Raub werden.

47. Sie sollen vom Volck mit Steinen gesteiniget/ und mit ihren Schwerdtern erstochen werden: ihre Söhn / und ihre Töchter werden sie erwürgen und ihre Häuser mit Feur verbrennen.

48. Also wil ich das Laster aus dem Land vertilgen / und alle Weiber c sollen darauß lernen / damit sie es nit nachthun.

49. Und sie werden eure Unthat auf euch legen/ und ihr sollet die Sünd tragen die ihr mit euern Abgöttern begangen habt: und ihr sollet wissen/ daß ich GOtt der HErr bin.

Das XXIV. Capitel.

I. Ein Hafen voll Fleisch/ der zum Feur gesezt ist/ bedeut die Belägerung und Verbrennung der Stadt Jerusalem/ 3

II. GOtt verkündigt Ezechiel den Tod seines Weibs/ und verbietet ihm/ dasselbig nach gemeinen Brauch zu beweinen; anzudeuten/ daß in der gemeinen Zerstörung keiner den Tod seines Weibs/ Vatters/ oder Bruders/ sonderlich werde beklagen/ 15.

c Anstrich. d Stadt und Länder.

1. Und

1. UNd deß HErrn Wort geschahe zu mir / im neundten Jahr / im zehenden Monat / am zehenden Tag deß Monats / und sprach:

2. Du Menschenkind / schreibe dir den Namen an deß heuntigen Tags / dan an disem Tag hat sich der König von Babylon wider Jerusalem befestiget.

I. 3. Rede auch in Gestalt einer Gleichnuß mit dem widerspennigen Hauß / und sprich zu ihnen: Diß sagt GOtt der HErr: Setze einen Hafen zu / ja setze ihn zu / und gieß Wasser darein.

4. Bringe die Stuck zusammen / welche darein sollen / alle gute Stuck / die Lenden und Schuldern: auserwehlte Stuck / die voll Bein seynd.

5. Nimm das allerfeist unterm Vieh dazu / lege auch einen Hauffen Bein darunter: laß es sieden / biß es gar worden ist / und seine Bein darinnen wol gekocht seynd.

6. Darum spricht diß GOtt der HErr: Weh der Blutstadt / dem Hafen / daran der Rost hangt / und wil nit abgehen: thue ein Stuck nach dem andern herauß / es ist nit vonnöthen / daß man das Loß darüber werffe.

7. Dan ihr Blut ist in ihr / sie hats auf einem glatten *a* Felsen vergossen: und hats nit auf die Erden ausgossen / daß mans im Staub verscharren möchte.

8. Darum hab ich ihr Blut auf einen glatten Felsen fliessen lassen / daß es nit solt bedecket werden: damit ich meinen Grimm über sie führete / Rach zu üben.

9. Derwegen sagt diß GOtt der HErr: Weh der Blutstadt / die ich zu einem grossen Feur wil machen.

10. Trage Bein zusammen / so wil ich sie mit Feur anzünden: das Fleisch sol schwinden / und alles / was hinein gelegt ist / sol versieden und die Bein sollen verbrannt werden.

11. Setze den Hafen auch leer auf glüende Kohlen, daß er heiß / und sein Ertz glüend werde / damit seine Unreinigkeit darinn verschmeltze / und sein Rost verzehret werde.

12. Man hat sich mit grosser Arbeit bemühet: aber sein starcker Rost ist von ihm nit abgangen / auch nit durchs Feur.

13. Deine Unsauberkeit ist abscheulich: dan ich hab dich reinigen wollen / aber du bist von deinem Unflat nit gereiniget worden: du wirst auch zuvor nit rein werden / biß ich meinen Grimm gantz über dich hab ausgeschütt.

14. Ich der HErr / habs geredt: es wird kommen / und ich wils thun: Ich wil nit vorüber ge-

a hellen /

1. ET factum est verbum Domini ad me, in anno nono *a*, in mense decimo decimâ die mensis, dicens:

2. Fili hominis scribe tibi nomen diei hujus, in qua confirmatus *b* est rex Babylonis adversùm Jerusalem hodie.

I. 3. Et dices per proverbium ad domum irritatricem parabolam, & loquêris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: pone *c* ollam: pone, inquam, & mitte in eam aquam.

4. Congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena.

5. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium *d* sub ea: efferbuit coctio ejus, & discocta sunt ossa illius in medio ejus.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ civitati sanguinum, ollæ, cujus rubigo *e* in ea est, & rubigo ejus non exivit de ea: per partes & per partes suas ejice eam, non cecidit super eam sors.

19. Revertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

20. Dabis veritatem *d* Jacob, misericordiam Abraham: quæ jurasti patribus nostris à diebus antiquis *.

† SABB. QUAT. TEMP. SEPT. EPIST. 3.
u pastorali.
x destitutos velut in saltu inter feras.
y respondet Deus, promittens prospera.
z illa renovando.

a Jerem. 10. 6. Act. 10. 43
b dissimulas, condonas.
c ut relinquat Ecclesiam, sicut Synagogam
d promissa de Christo venturo & hominum liberatione implenda.

PROPHETIA NAHUM.

CAPUT I.

I. Ninivitis relapsis excidium prædicit. 1.

II. Sed Israelitas & in se sperantes liberabit. 12.

ONus *a* Ninive *b*: Liber visionis Nahum Elcesæi.

2. Deus æmulator, & ulciscens Dominus: ulciscens Dominus, & habens furorem: ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.

3. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate, & turbine viæ ejus, & nebulæ pulvis pedum ejus.

4. Increpans mare, & exsiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit.

5. Montes commoti *c* sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie ejus, & orbis, & omnes habitantes in eo.

6. Ante faciem indignationis ejus quis stabit? & quis resistet in ira furoris ejus? indignatio ejus effusa est ut ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo.

7. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se *d*.

8. Et in diluvio prætereunte, consummationem faciet loci ejus: & inimicos ejus persequentur tenebræ.

9. Quid cogitatis contra Dominum *e*? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.

10. Quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipula ariditate plena.

11. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans prævaricationem.

a i. prophetia onerosa, denuntians calamitatē *b* quæ ad peccata redit post Jonæ prædicationem.

c commovebuntur.

d 2. Tim. 11. 9.

e i. populum Domini.

DER PROPHET NAHUM.

Das I. Capitel.

I. Den Ninivitern so in die alte Laster gefallen / wird der Untergang angesagt / 1.

II. Die Israeliten aber werden wegen erlittener Straff getröstet / 12.

DEr Last Ninive: Das Buch deß Gesichts Nahum / deß Elcesiters.

2. GOTT ist ein Eiferer / und der HErr ist rächig: rächig ist der HERR / der grimmig ist: rächig ist der HERR gegen seine Feind / und er zürnet über seine Widersager.

3. Der HErr ist gedultig u. von grosser Stärck / u. wan er reiniget / so wird er den Schuldigen nit für unschuldig halten. Er ist der HErr / seine Weeg seynd im Ungewitter und im Sturmwind / und der Nebel ist der Staub seiner Füssen.

4. Er schilt das Meer / und machts trucken: und macht alle Ström einer Wüsten gleich. Basan u. Carmel werden krafftloß: und was auf dem Libano blüet / das verschmachtet.

5. Die Berg bewegen sich vor ihm / und die Bühel zergehen: die Welt zittert vor seinem Angesicht / der Erdboden / und alle / die darauf wohnen.

6. Wer wird vor dem Angesicht seines Zorns bestehen? Und wer wird seinem grimmigen Zorn Widerstand thun können? Sein Zorn ist außgegossen wie Feur / und die Felsen seynd vor ihm zersprungen.

7. Der HErr ist gut / und stärcket am Tag der Trübsaal: und kennet die / welche auf ihn hoffen.

8. Und wan die Flut überher lauffet / so wird ers mit demselbigen Ort außmachen: und Finsternuß wird seine Feind verfolgen.

9. Was gedencket ihr wider den HErrn? Er ists / der das End wird machen / die zweyfache Trübsaal wird sich nit erheben.

10. Dan gleich wie sich die Dörner durcheinander flechten / also ist die Mahlzeit dern / so miteinander sauffen / darum sollen sie verzehret werden / wie Stopplen / die gantz dürr seynd.

11. Von dir wird außgehen / der böses gedencket wider den HErrn / und in seinem Hertzen mit schalckhafftigen Anschlägen umgehet.

12.

II. 12. Diß sagt der HErr: Wan sie schon vollkommen seyn / und in grosser Anzahl / so sollen sie doch abgeschoren werden / und er wird dahin ziehen / ich hab dich geplaget / hinführo wil ich dich nit mehr plagen.

13. Jetzt wil ich seine Ruth zerbrechen / und sie von deinem Rucken hinweg schaffen / und wil deine Band zerreissen.

14. Und der HErr wird über dich befehlen/daß hinführo kein Saam deines Namens sol gesäet werden. Ich wil auch vom Hauß deines GOttes das geschnitzte Bildwerck vertilgen/und die gegossene Bilder wil ich dir zum Grab machen / dan du bist keiner Ehren wehrt.

15. Sihe/ auf den Bergen seynd die Füß eines/ der eine gute Bottschafft bringet / und den Friden verkündiget. Halt deine Festtag / O Juda / und bezahle deine Gelübd: dan der Belial wird hinfüro nit mehr bey dir hindurch gehen: er ist gantz zu Grund gangen.

Das II. Capitel.

Die von den Chaldeern geschehene Beläger und Zerstörung der Stadt Ninive wird beschriben.

1. DEr Zerstreuer vor dir ist herauf gezogen/ der die Belagerung wird verwahren: besichtige die Strassen / stärcke deine Lenden/ strecke deine Kräfften wol an.

2. Dan der HErr hat die Hoffart Jacobs vergolten / wie die Hoffart Israel: dan die Verwüster haben sie verheeret/ und haben ihre Zweig verderbt.

3. Die Schild seiner Helden seynd feurig/ seine Kriegsleut seynd mit Scharlach bekleydet: sein Wagenzeug glantzet wie Feur/ am Tag/wan er sich zum Streit rüstet/ u die Wagenknecht seynd eingeschlafē

4. Sie seynd auf den Strassen auß der Ordnung kom̃en: die Wagen stossen auf den Gassen aufeinander / sie seynd wie Facklen anzusehen/und wie die Blitz / welche hin und her lauffen.

5. Er wird an seine Starcke gedencken / und sie werden auf ihren Strassen dahin fallen: sie werden geschwind zu ihren Mauren hinauf eilen / da wird man ihnen Schirmdeckel bereiten.

6. Aber die Thor der Wasserström seynd auf gethan / und der Tempel ist biß auf den Boden zerstöret worden.

7. Und das Kriegsvolck ist gefangen hinweg geführet: und ihre Mägd wurden hinweg getriben/ und seufftzeten wie die Tauben / und klagten in ihren Hertzen.

8. Und Ninive war wie ein Wasserteich voll Wassers: aber sie flohen davon: Stehet/stehet/ da ist niemand der sich wider umwende

II. 12. Hæc dicit Dominus: Si perfecti *f* fuerint: & ita plures, sic quoque attondentur, & pertransibit: afflixi te *g*, & non affligam te ultrà.

13. Et nunc conteram virgam *h* ejus de dorso tuo, & vincula tua disrumpam.

14. Et præcipiet super te *l* Dominus, non seminabitur ex nomine tuo ampliùs: de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus *m* es.

15. *n* Ecce super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem *o*: celebra Juda festivitates tuas, & redde vota tua: quia non adjiciet ultrà ut pertranseat in te Belial: universus interiit.

CAPUT II.

Obsidio Ninive, eiúsque à Chaldæis depopulatio, quia superbè egit contra populum Domini.

1. ASCendit *a* qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem: contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valdè.

2. Quia reddidit Dominus superbiam *b* Jacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipaverunt eos, & propagines eorum corruperunt.

3. Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitûs in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis ejus, & agitatores consopiti sunt.

4. In itineribus conturbati sunt: quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.

5. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros ejus, & præparabitur umbraculum.

6. Portæ fluviorum *c* apertæ sunt, & templum ad solum dirutum.

7. Et miles *d* captivus abductus est: & ancillæ ejus minabantur gementes ut columbæ, murmurantes in cordibus suis.

8. Et Ninive quasi piscina aquarum aquæ *e* ejus: ipsi verò fugerunt: state, state, & non est qui revertatur.

f robore.
g à Judæa.
h sceptrum.
l Sennacherib &c.
m interfectus à filiis.
n Isaiæ 52. 7. Rom. 10. 15.
o sc. post occisum Sennacherib.
a sc. Nabuchodonosor.
b qua usi sunt Assyrii contra Juda & Israel.
c populorum.
d Chald. regina.
e cives.

9. Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.

f Ninive.

10. Dissipata est *f*, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.

g Regum vestrorum & filiorum.

11. Ubi est habitaculum leonum *g*, & pascua catulorum leonum, ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc, catulus leonis, & non est qui exterreat?

h rex. *k* filiis.

12. Leo *h* cepit sufficienter catulis *k* suis, & necavit leænis suis: & implevit præda speluncas suas, & cubile suum rapina.

l filios.

13. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam usque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos *l* tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur ultra vox nuntiorum tuorum *m*.

m Mich. 7. 11.

9. Raubet Silber/ raubet Gold: es ist hie Reichthum/ ohn End/ von allerhand köstlichen Geschirren.

10. Sie ist außgeplündert/ ist zerhauen/ und zerrissen/ daß ihr Hertz verschmachtet/ und die Knie zittern/ und alle Lenden krafftloß/ und aller Angesicht schwartz werden/ wie die Häfen.

11. Wo ist nun die Wohnung der Löwen/ und die Weid der jungen Löwen/ dahin der Löw seinen Gang hat/ daß er/ samt den jungen Löwen hinein gienge/ u. war niemand/ der sie abschröcken möchte?

12. Der Löw fieng genug für seine Junge/ u. würgte es für seine Löwinnen: und er erfüllete seine Hölen mit Raub/ und seine Lagerstatt mit seiner Beut.

13. Sihe/ ich wil an dich/ spricht der HErr der Heerschaaren: deine Wagen wil ich im Rauch verbrennen/ und deine junge Löwen sol das Schwert fressen: und ich wil deinen Raub vom Erdboden außrotten/ und man wird hinführo die Stimm deiner Botten nit hören.

CAPUT III.

I. Ninive urbs sanguinum sub nomine adulteræ vastanda prædicitur: 1.
II. Alexandriæ à Babyloniis devastand. per prolepsin comparatur 8.

Das III. Capitel.

I. Jetzt gedachte Zerstörung Ninive wird weiter außgeführt/ samt dero Ursachen/ 1.
II. Wird mit der auch künfftigen Zerstörung Alexandriä verglichen. 8.

a Ezech. 24. 9. Hab. 2. 11.

1. VÆ civitas *a* sanguinum, universa mendacii dilaceratione plena: non recedet à te rapina *b*.

a Ninive. *b* sc. hostes te diripient.

2. Vox flagelli *c*, & vox impetûs rotæ, & equi frementis, & quadrigæ ferventis, & equitis ascendentis:

c aurigarum.

3. & micantis gladii, & fulgurantis hastæ & multitudinis interfectæ, & gravis ruinæ: nec est finis cadaverum, & corruent in corporibus suis.

d sc. Ninive, cujus nomen pulchram significat, mystice mundum.

4. Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ *d* & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis:

e Isaia 47. 3.

5. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & *e* revelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

6. Et projiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum *f*.

f vindictæ divinæ.

7. Et erit: omnis, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Nini-

1. WEh der blutdürstigen Stadt/ die zumal vol Lugens/ und Raubens ist: es wird das Rauben in dir nit aufhören.

2. Da hört man die Geissel knallen/ und die Räder rasslen/ und die Roß schreyen/ und die Wagen rollen/ und die Reuter herauf kommen/

3. Daß die Schwerdter gläntzen/ und die Spieß blicken/ und die Erschlagene mit Hauffen ligen/ und ein grosse Niderlag geschehen ist: da wird der todten Cörper kein End seyn/ und sie werden über ihre Leiber fallen.

4. Das wird geschehen um der vilfältigen Hurerey willen der schönen holdseligen Huren/ welche auch mit Zauberey umgangen ist/ und hat durch ihre Hurerey die Heyden/ und durch ihre Zauberey die Geschlechter verkaufft.

5. Sihe/ ich wil an dich/ spricht der HERR der Heerschaaren/ und wil deine Scham vor deinem Angesicht aufdecken: deine Blöß wil ich den Heyden zeigen/ und den Königreichen deine Schand.

6. Und ich wil Greul auf dich werffen/ wil dir Schmach anthun/ und dich andern zum Exempel machen.

7. Und es wird geschehen/ daß ein jeglicher/ wer dich wird anschauen/ von dir zuruck tretten wird/ und

und sagen: Ninive ist verwüstet: Wer wird das Haubt über dich bewegen? von wannen sol ich dir einen Tröster suchen?

II. 8. Bistu besser / dan Alexandria / die volckreiche Stadt / die zwischen den Strömen ligt? Sie war rings herum mit Wasser umgeben: ihr Reichthum war das Meer / und das Wasser war ihre Mauren.

9. Morenland und Egypten war ihre Stärck / und unzahlbare andere: so ware auch Africa / und die Libyer in deiner Hülff.

10. Dannoch hat sie auch müssen außziehen / und gefänglich hinweg geführet werden: ihre junge Kinder seynd an den Ecken aller Gassen zerschmettert worden / und über ihre Edle haben sie das Looß geworffen / und all ihre Gewaltige seynd mit Fesslen verhafft worden.

11. Darum wirstu auch truncken gemacht werden / und in Verachtung kommen: und von deinem Feind Hülff suchen.

12. All deine Vestungen seynd wie Feigenbäum mit ihren zeitigen Feigen: wan man sie schüttelt / so fallen sie dem ins Maul / der sie essen wil.

13. Sihe / dein Volck ist mitten unter dir / wie Weiber: die Thor in deinem Land wird man deinen Feinden weit auffsperren / und das Feur wird deine Rigel verzehren.

14. Schöpffe dir Wasser von wegen der Belagerung / baue deine Vestungen auf: gehe in den Lätt / und trett den Leim / bereite ihn / daß du Ziegel habest.

15. Daselbst wird dich das Feur verzehren: du wirst durchs Schwerdt umkommen / das wird dich fressen / wie die Käfer: versammle dich nun / wie die Kefer: und vermehre dich / wie die Heuschröcken.

16. Du hast mehr Handlung getriben / dan Sternen am Himmel seynd: aber der Kefer hat sich außgebreitet / und ist davon geflogen.

17. Deine Hüter waren wie Heuschröcken / und deine Geringe / wie junge Heuschröcken / die sich bey kalter Zeit in die Zäun setzen: wan aber die Sonn aufgehet / so fliegen sie davon / und man kennet ihre statt nit da sie gewesen seynd.

18. Deine Hirten / du König von Assyrien / seynd eingeschlummert: man wird deine Fürsten begraben: dein Volck hat sich auf den Bergen versteckt / und ist niemand der sie zusammen bringe.

19. Dein Elend *a* ist nit verborgen / deine Plag ist sehr böß: alle / die von dir sagen hören / trucken die Händ über dich zusammen. Dan wo ist jemand / über welchen dein Boßheit nit ohn Unterlaß gangen sey?

a **Untergang.**

ve: quis commovebit super te caput? unde quæram consolatorem tibi?

II 8. Numquid melior es Alexandria *g* populorum, quæ habitat in fluminibus *h*? aquæ in circuitu ejus: cujus divitiæ, mare: aquæ muri ejus.

9. Æthiopia fortitudo ejus, & Ægyptus, & non est finis: Aphrica, & Libyes fuerunt in auxilio tuo.

10. Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captivitatem: parvuli ejus elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos ejus miserunt sortem, & omnes optimates ejus confixi sunt in compedibus.

11. Et tu ergo inebriaberis *k*, & eris despecta, & tu quæres auxilium ab inimico.

12. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.

13. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ, devorabit ignis vectes tuos.

14. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum, & calca, subigens tene laterem *l*.

15. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, devorabit te ut bruchus: congregare ut bruchus: multiplicare ut locusta.

16. Plures fecisti negotiationes tuas quàm stellæ sint cæli: bruchus expansus est, & avolavit.

17. Custodes tui quasi locustæ: & parvuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & avolaverunt *m*, & non est cognitus locus earum ubi fuerint.

18. Dormitaverunt pastores tui, rex Assur: sepelientur *n* principes tui: latitavit populus tuus in montibus, & non est qui congreget.

19. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper?

g Urbs in Pharo postea condita cujus nomen ibi & *Jerem.* 46: 25 per prolepsin positum est.

h inter flumina.

k calice iræ Dei.

l ad diruta reparanda.

m te destituent.

n aut dormientes & mortui non poterunt te liberare.

PROPHETIA HABACUC.

CAPUT PRIMUM.

I. Miratur Propheta impium prosperari, & gravalere adversus justum: 1.

II. Sed & Dominus suscitabit adversùs Judaeos, Chaldaeos, qui victoriam non Domino, sed idolo suo tribuent. 5.

a sc. multarum rationum minax prophetia.

ONus *a*, quod vidit Habacuc propheta.

2. Usquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis?

3. Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & injustitiam contra me? & factum est judicium, & contradictio potentior.

4. Propter hoc lacerata est lex, & non pervenit usque ad finem judicium: quia impius prævalet adversùs justum, proptereà egreditur *b* judicium perversum.

b egredi solet.

II. 5. *c* Aspicite in gentibus, & videte: admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur.

c Actor. 13, 41.

6. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula non sua.

7. Horribilis, & terribilis est: ex semetipsâ judicium, & onus ejus egredietur.

8. Leviores pardis equi ejus, & velociores lupis vespertinis; & diffundentur equites ejus: equites namque ejus de longè venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.

9. Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus urens *c*: & congregabit quasi arenam, captivitatem *d*.

c q. d. vastabunt omnia
d i. captivos.

10. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi ejus erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

11. Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit *e*; & corruet: hæc est fortitudo ejus dei sui.

e desinet dominari Chaldæus victus à Persis.

Der Prophet Habacuc.

Das I. Capitel.

I. Der Prophet verwundert sich / daß dem Ungerechten alles glücklich; den Gerechten aber unglücklich außschlage / 1.

II. Daß GOtt leyde / daß die Chaldeer ihren Sig wider die Juden nit ihm / sondern den Abgöttern zuschreiben / 5.

DEr Last / welchen der Prophet Habacuc gesehen hat.

2. HErr / wie lang sol ich ruffen / und du wilst nit erhören. Wie lang sol ich schreyē / dieweil ich Gewalt leyde / u. du wilst nit helffen?

3. Warum hastu mir Boßheit / und Müh gezeiget / daß ich Raub / und Ungerechtigkeit vor meinen Augen sehen muß? das Gericht ist gehalten / u. der Widerspruch ist zu mächtig worden.

4. Darum wird das Gesatz zerrissen / und das Gericht kommt nimmer zum End: dieweil der Gottloß dem Gerechten überlegen ist / darum gehet ein verkehrtes Urtheil auß.

II. 5. Schauet auf unter den Heyden / und sehet: verwundert und entsetzt euch: dan es ist ein Werck geschehen in euren Tagen / das niemand glauben wird / wan mans wird erzehlen.

6. Dan sihe / ich wil die Chaldeer erwecken / ein bitter und schnelles Volck / das auf dem breiten Erdboden daher ziehet / Hütten ein zunehmen / die ihm nit zugehören.

7. Es ist ein grausam / u. schröckliches Volck / sein Urtheil / und sein Last wird von ihm selbst heraußgehen.

8. Seine Pferd seynd schneller / dan die Pardenthier / und geschwinder / als die Abendwölff: seine Reuter werden sich weit außbreiten: dan seine Reuter werden von fern kommen / und werden daher fliegen / wie ein Adler / der zum Aaß eylet.

9. Sie werden alle kommen / daß sie rauben / ihr Angesicht wird seyn / wie eine Brandlufft *a*: er wird die Gefangene / wie Sand zusammen raffen.

10. Und er wird die König unter sich bringen u. die Fürsten werden ihm ein Gelächter seyn: mit allen Vestungē wird er seinē Spott treiben / er wird einē Wall gegē dieselbige aufwerffen / u. wird sie erobern.

11. Alsdan wird er andere Sinn bekommen u. wird hindurch ziehen / und fallen: diß ist seine Stärck die er von seinem GOtt hat.

a brinnender Wind.

12.

12. Aber bistu nit von Anfang gewesen O HErr/ mein GOtt / und mein Heiliger / und wir werden nit sterben? HErr / du hast ihn zum Gericht gesetzt: und den Starcken verordnet / uns zu straffen.

13. Deine Augen seynd rein / du kanst das Böß nit sehen / noch die Ungerechtigkeitanschauen. Warum sihest du dan den Ubelthätern zu / und schweigest still/ wan der Gottloß den jenigen verschlinget/ der gerechter ist/ als er?

14. Und machest die Menschen/ wie die Fisch deß Meers / und wie die kriechende Thier / die keinen Führer haben.

15. Er hebt alles mit dem Angel herauf/ und ziehet es mit seinem Zuggarn/ und versammlets in sein Netz. Darüber wird es alsdan froh seyn / und vor Freuden springen.

16. Darum wird er seinem Zuggarn ein Opffer thun/ und seinem Netz räuchern: dieweil durch dieselbige sein Theil sehr fett / und seine Speiß außerwählt worden ist.

17. Hierum wird er sein Zuggarn außbreiten / und nit unterlassen / die Heyden unaufhörlich zu tödten.

Das II. Capitel.

I GOtt befihlt dem Propheten / das Gesicht zu beschreiben / worin der Chaldeer und Heyden Straff enthalten wäre/ 1.

II. Drum ihnen ihr Verderben / ohn einige Hülff der Abgötter/ prophecegt wird / 6.

1. Ich wil auf meiner Hut stehen / und meinen Fuß auf die Vestung setzen: u. wil schauen/ damit ich sehen möge / was mir gesagt werde / und was ich dem für ein Antwort geben sol / der mich straffet.

2. Und der HErr antwortete mir / und sprach: Schreibe/ was du sihest/ und verzeichne es deutlich auf Taflen / damit es einer / ders lesen wird / geschwind durchlauffen möge.

3. Dan das Gesicht ist noch weit / es wird aber endlich an Tag kommen/ und er wird nit lügen. Wan er verziehen wird / so harre auf ihn: dan er wird gewißlich kommen / und nit lang außbleiben.

4. Sihe/ wer unglaubig ist/ dessen Seel wird in ihm selbst nit aufrichtig seyn: aber der Gerecht wird in seinem Glauben leben.

5. U. gleich wie der Wein den jenigen betrieget/ der ihn trincket: also wirds dem hoffärtigen Mann gehen/ man wird ihn nit ehren der seine Seel weit aufgesperret hat/ wie die Höll: u. er ist wie der Tod/ den

12. Numquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in judicium posuisti eum *f*: & fortem, ut corriperes, fundasti eum.

13. Mundi sunt oculi tui, ne videas *g* malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Quare respicis *h* super iniqua agentes, & taces devorante impio justiorem se?

14. Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem.

15. Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua, & congregavit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit.

16. Propterea immolabit *l* sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars ejus, & cibus ejus electus.

17. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non parcet.

CAPUT II.

I. Propheta responsum expectanti præcipitur, ut scribat visionem, ac longanimiter ipsius eventum expectet. 1.

II. Destructio Babylonis propter multa ipsorum scelera describitur, & quòd idola eis non proderunt. 6.

1. Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.

2. Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum *a*, & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum.

3. Quia adhuc visus procul *b*, & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet *c*, & non tardabit *d*.

4. Ecce qui incredulus est *e*, non erit recta anima ejus in semetipso: *f* justus autem in fide sua vivet.

5. Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus *g*, & non decorabitur *h*: qui dilatavit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non

Ooo adim-

f Chaldæi regem.
g i. approbes.
h dissimulans.
l i. tribuet suis viribus
a i. visionem
b i. post multum tempus implebitur..
c Christus, qui Babylonicum & dæmonis regnum evertet.
d salvare justos, & punire impios.
e 70. qui se subtraxerit, sc. per incredulitatem.
f Joan. 3. 36 Rom 1. 17. Gal. 3. 11. Hebr. 10. 38
g ebrius malitia.
h sed dedecore notabitur.

adimpletur, & congregabit ad se omnes gentes & coacervabit ad se omnes populos

II. 6. Numquid non omnes isti super eum parabolam *e* sument, & loquelam ænigmatum ejus: & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua? usquequò & aggravat contra se densum lutum?

e sc. super Balthassar sub quo regnum Chaldæorum eversum est

7. Numquid non repente consurgent qui mordeant *f* te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?

f Cyrus & Persæ.

8. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem hominis: & iniquitatem terræ civitatis, & omnium habitantium in ea.

9. Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali.

10. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccavit anima tua.

11. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter juncturas ædificiorum est, respondebit.

12. *g* Væ qui ædificat civitatem in sanguinibus, & præparat *h* urbem in iniquitate.

g *Ezech.* 24 9 *Nahum.* 3. 1.
h stabilit.

13. Numquid non hæc sunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne *l*: & gentes in vacuum, & deficient.

l calamitatis

14. Quia replebitur terra, ut cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare.

15. Væ qui potum dat amico suo mittens fel *m* suum, & inebrians ut aspiciat nuditatem ejus.

m venenum invidiæ &c.

16. Repletus es ignominia pro gloria; bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam.

17. Quia iniquitas *n* Libani *o* operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & civitatis, & omnium habitantium in ea.

n i. pœna iniquitatis.
o qua sc. in templum altum instar Libani & cedris ornati usus es.

man nit sättigen kan: sondern er zieht alle Heyden zu sich/ und versammlet zu sich alle Völcker.

II. 6. Solten sie dan nit alle ein Sprichwort über ihn machen/ und eine verdeckte Red von ihm führen/ daß man wird sagen: Weh dem/ der häuffig zusammen bringet/ was nit seyn ist? wie lang wirds noch wehren/ daß er dickes Koth wider sich selbst häuffet?

7. Werden sie sich nit eilends aufmachen/ so dich beissen sollen: und aufwachen/ die dich zerreissen sollen und wirst du ihnen nit zum Raub werden?

8. Dieweil du vil Heyden beraubet hast so werden dich widerum beraubē alle/ die vō den Völckern übrig bliben seynd/ um deß menschlichen Bluts willen/ u um der Ungerechtigkeit willen/ die im Land begangen ist/ u in der Stadt u. an allē/ die dariñen wohnē

9. Weh dem/ der auß Geitz ungerecht Gut für sein Hauß versammlet/ auf daß sein Nest in der Höh sey/ u. der vermeynet dardurch auß der Hand deß Ubels sich zuerretten.

10. Du hast gerathschlaget/ das deinem eigenen Hauß zur Schand gereichen wird: vil Völcker hastu nidergehauen/ daran deine Seel gesündiget hat.

11. Dan es werden die Stein aus der Mauren ruffen: und das Holtz/ das am Gebäu ineinander gefüget ist/ wird antworten.

12. Weh dem der eine Stadt mit Blut bauet/ und dieselbige Stadt mit Ungerechtigkeit aufrichtet.

13. Ist diß nit vom HErrn der Heerschaaren? Dan die Völcker werden sich bemühen/ das grosse Feur zu löschen/ und die Heyden mit ihnen/ aber es wird vergeblich seyn/ sie werdens nit vermögen.

14. Dan das Land wird dessen voll werden/ damit sie die Herrligkeit deß HErrn erkennen/ wie Wasser so das Meer bedecket.

15. Weh dem/ der seinem Freund zu trincken gibt/ und seine Gall darunter mischet/ und der ihn truncken macht/ damit er seine Scham sehe.

16. Du bist an statt der Ehr mit Schmach erfüllet worden: trincke du nun auch/ und lege dich schlaffen: der Kelch/ so in der rechten Hand deß HErrn ist/ wird von allen Seiten an dich kommen/ und du wirst über dein Herrlichkeit schändlich ausspeyen.

17. Dan die verübte Boßheit am Libano b wird dich bedecken/ und die Verwüstung der Thieren wird sie schröcken um deß menschlichen Bluts willen/ und um der Ungerechtigkeit willen/ welche im Land/ und in der Stadt/ und an allen/ die darinnen wohnen/ geübet ist.

a am Tempel.

18.

18. Was nutzet das geſchnitzte Bild/ daß es ſein Meiſter geſchnitzt hat/ ein gegoſſenes und falſches Bild? dan der Meiſter verlaſt ſich auf ſein Werck/ darum er ſtumme Götzen macht.

19. Weh dem/ der zum Holtz ſpricht: Wach auf: und zum ſtummen Stein/ Steh auf: ſolte er wol lehren können? Sihe/ er iſt mit Gold und Silber überzogen: und iſt durchaus kein Athem in ſeinem Leib.

20. Der HErr aber iſt in ſeinem heiligen Tempel: der gantze Erdboden ſchweige vor ſeinem Angeſicht.

Das III. Capitel.

Der Prophet ſagt GOtt Danck/ von wegen der verſprochenen Erlöſung der Juden aus der Babyloniſchen Gefängnuß/ und bittet daß diſe Erlöſung/ und ſonderlich die geiſtliche Erlöſung durch Chriſtum unfehlbar werckſtellig gemacht werde.

1. DAs Gebett deß Propheten Habacuc/ für die Unwiſſenheit.

2. HErr/ ich hab deine Stimm gehöret/und bin erſchrocken. Es iſt dein Werck O HErr/ mache es lebendig mitten in den Jahren. Mitten in den Jahren wirſtu es kundbar machen: wan du zürneſt / ſo wirſtu an die Barmhertzigkeit gedencken.

3. GOtt wird vom Mittag kommen/ und der Heilig vom Berg Pharan: Seine Herrligkeit bedecket die Himel u. das Erdreich iſt ſeines Lobs voll.

4. Sein Glantz wird ſeyn/ wie das Liecht: Hörner ſeynd in ſeinen Händen: daſelbſt iſt ſeine Stärcke verborgen:

5. Der Todt wird vor ſeinem Angeſicht hergehen. U. der Teuffel wird ausgehen vor ſeinen Füſſen her.

6. Er ſtund/ und maß den Erdboden. Er ſahe/ und zertrennete die Heyden: die alte Berg wurden zerſchmettert. Die Bühel der Welt bucketen ſich für ſeinen ewigen Weegen.

7. Ich ſahe die Hütten aus Morenland von wegen der Sünd: die Gezelt deß Lands Madian ſollen bewegt werden.

8. Biſtu dan zornig über die Waſſerſtröm/ O HErr? oder gehet dein Grimm über die Flüß? oder deine Ungnad über das Meer? Du wirſt dich auf deine Roß ſetzen: und von deinen Wagen wird das Heyl kommen.

9. Du wirſt deinen Bogen gewißlich erwecken / wie du den Geſchlechten in deiner Red geſchworen haſt. Du wirſt die Flüß im Land zertheilen:

10. Die Berg ſahen dich / und ihnen ward angſt: das hohe Waſſer gieng vorüber. Der Ab-

18. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile, & imaginem falſam? quia ſperavit in figmento fictor ejus, ut faceret ſimulachra muta.

19. Væ qui dicit ligno: Expergiſcere? Surge, lapidi tacenti: numquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro, & argento: & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus ejus.

20. *p* Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat *q* à facie ejus omnis terra.

CAPUT III.

Propheta poſt acceptam promiſſionem de Babylonis excidio & liberatione populi per Cyrum, myſticè Chriſtum, gratias agit Deo, rogatq́; ut promiſſum redemptionis opus re ipſa ſuo tempore præſtet & verficiat, ne peccata populi adventum Chriſti vel fructum Dominicæ paſſionis impediant.

1. ORatio *a* Habacuc Prophetæ pro ignorantiis. *b*

2. Domine audivi auditionem *c* tuam & timui. Domine opus tuum: in medio annorum vivifica *d* illud. In medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.

3. Deus ab Auſtro *e* veniet, & ſanctus de monte Pharan: Operuit cælos gloria ejus *f*: & laudis ejus plena eſt terra.

4. Splendor *g* ejus ut lux erit: cornua *h* in manibus ejus: Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus:

5. ante faciem ejus ibit mors *k*. Et egredietur diabolus *l* ante pedes ejus.

6. Stetit *ll*, & menſus eſt terram. Aſpexit, & diſſolvit Gentes: & contriti ſunt montes ſæculi. Incurvati *m* ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus. *n*

7. Pro *o* iniquitate vidi tentoria *p* Æthiopiæ *q*, turbabuntur pelles *r* terræ Madian.

8. Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui aſcendes ſuper equos tuos: & quadrigæ tuæ ſalvatio. *s*

9. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, juramenta *t* tribubus quæ locutus es. Fluvios *u* ſcindes terræ:

10. viderunt te *x*, & doluerunt montes *y*: gurges *z* aquarum tranſiit *a*. De-

p Pſal. 10. 5
q revereatur faciem ejus.
a 70. oratio cum cantico
b ſc. peccatis populi, ne Chriſti adventum impediant.
c oraculum à te revelatum.
d effice.
e Bethlehem Sà.
f q. d. is veniet, qui glorioſus eſt in cælo.
g doctrinæ & ſignorum
h vires.
k quam moriendo deſtruet.
l victus.
ll ſtabit more victoris.
m humiliati ſunt.
n ob adventum æterni regis.
o ob iniquitatem.
p everſa.
q æthiopum peccatorū.
r 70. tabernacula.
s populi tui.
t implens promiſſa.
u exercitus hoſtiles.
x tuam potentiam.
y mundi potentes.
z impetus perſecutorū
a ceſſabit.
b homines.
c celebrādo tuas victorias.
d Angelo-

 dit

dit abyssus *b* vocem suam *c*: altitudo *d* manus suas levavit,

11. Sol, & luna *e* steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum *f*, ibunt *g* in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

12 In fremitu *h* conculcabis terram *k*: in furore obstupefacies *l* Gentes.

13. Egressus es *n* in salutem populi tui: in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput *o* de domo impii *p*: denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

14. Maledixisti sceptris ejus *q*, capiti *r* bellatorum ejus, venientibus ut turbo ad dispergendum me *s*. Exultatio eorum sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

15. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. *ff*

16. Audivi *t*, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo *u* in ossibus meis, & subter me scateat. Ut *x* requiescam in die tribulationis *y*: ut ascendam ad populum accinctum nostrum. *z*

17. Ficus enim non florebit *a*: & non erit germen in vineis. Mentietur *b* opus olivæ: & arva non afferent cibum. Abscindetur *c* de ovili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

18. Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Jesu *d* meo.

19. Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi cervorum *e*. Et super excelsa *f* mea *g* deducet me victor *k* in Psalmis canentem. *l*

grund ließ seine Stimm hören: die Höh hub ihre Händ auf.

11. Sonn und Mond stunden still in ihrer Wohnung/ sie werden hingehen im Liecht deiner Pfeilen / und im Glantz deines blickenden Spieß.

12. Du wirst das Land im Grimm zertretten: die Heyden wirstu im Zorn erschröcken.

13. Du bist zum Heyl deines Volcks ausgezogen/ zum Heyl mit deinem Gesalbten. Du hast das Haubt vom Hauß deß Gottlosen geschlagen: hast seine Grundfest biß an den Hals entblöset.

14. Du hast seine Scepter verflucht / und das Haubt seiner Kriegsleuten / welche heran trungen/ wie ein Sturmwind mich zu verstreuen. Ihr Frolocken war/ wie eines/ der den Armen im verborgenen auffrisset.

15. Du hast deinen Rossen den Weg im Meer bereit / durch den Schlam grosser Wasser.

16 Ich habs gehöret/u. m[illegible]n Bauch hat sich davon entsetzt: meine Lippen b[illegible]ten für der Stim. Eiter solle in mein Gebein komen u. soll unter mir ausbrechen. Damit ich ruhen möge am Tag der Trübsal/ u[illegible] herauf kommen zu unserm Volck/ das wol gerüstet ist.

17. Dan der Feigenbaum wird nit blühen: und im Weinberg wird kein Gewächs seyn: Die Arbeit am Oelbaum wird fehlen: und die Aecker werden keine Nahrung bringen: Die Schaf sollen aus den Ställen hingerissen werden: und an den Krippen wird kein Vieh seyn.

18. Ich aber wil mich im HErrn erfreuen: und frolocken in GOtt meinem Heyland *c*.

19. GOtt der HErr ist meine Starck: Er wird meine Füß machen/ wie der Hirschen Füß: Und der sighaffte Uberwinder wird mich auf meine Höhe führen/ in dem ich meine Lob Psalmen singe.

b Leffzen. c. JEsu.

rum. – *c* Ecclesia *f* cùm hostes [illegible] excuteres. *g* hostes in [illegible] teritum *h* indignatione. *k* terrenos homines. *l* terribiliter puniens. *n* i. egredieris. *o* Antichristum. [illegible]de familia diaboli. *q* potentiæ. *r* ducibus. *s* sc. populum Dei. *ff* incides per medias calamitates inde tuos eripiens. *t* Dei judicium terribile. *u* q. d. hîc mala mihi eveniant. *x* dummodo. *y* judicii. *z* victorem. *a* q. d. tempore Antichristi magna erit penuria bonorum spiritualium. *b* fallet fructus operantem. *c* deficiet vel peribit. *d* Chald. Redemptore, vel Salvatore. *e* agiles. *f* altos. *g* in cælo patri ajustorum. *k* Christus. *l* ei pro victoria gratias agentem.

DER

Der Prophet Sophonias.

Das I. Capitel.

I. Sophonias deutet den Juden die Göttliche Rach an/ we-
gen ihrer Abgötterey und anderer Laster/ 1.
II. Worbey der Tag deß Zorns Gottes/ und Heulens der
Juden beschriben wird/ 10.

DAs Wort deß HErrn/ so geschehen
ist zu Sophonia/ dem Sohn Chu-
si/ deß Sohns Godolia/ deß Sohns
Amariá/ deß Sohns Ezeciá/ in
den Tagen Josiá/ deß Sohns A-
mon/ deß Königs Juda.
2. Ich wil alles aus dem Land genau zusammen
raffen/ spricht der HErr.
3. Menschen und Vieh wil ich hinweg nehmen/
die Vögel deß Himmels / und die Fisch deß Meers
wil ich hinweg nehmen: und die Gottlose sollen un-
tergehen: Ich wil die Menschen aus dem Land ver-
tilgen/ spricht der HErr.
4. Und ich wil über Juda meine Hand ausstre-
chen/ und über alle/ die zu Jerusalem wohnen: und
ich wil von disem Ort vertilgen/ was von Baal üb-
rig bliben ist / darzu die Namen der Thirhüter u.
Priester:
5. Und diejenige/ welche deß Himmels Heer auf
den Dáchern anbetten/ und zugleich anbetten/ und
schwören bey dem HErrn/ und dannoch bey Mel-
chom schwören.
6. Darzu die jenige/ die hinter dem HErrn zu-
ruck tretten/ und die den HErrn nit suchen/ und
nach ihm nit fragen.
7. Schweiget still vor dem Angesicht GOttes
deß HErrn: dan der Tag deß HErrn ist nah/ dan
der HErr hat ein Schlachtopffer zugerichtet/ und
hat seine geladene Gäst geheiliget.
8. Und ich wil am Tag deß Schlachtopffers deß
HErrn heimsuchen die Fürsten/ und die Kinder
deß Königs/ und alle/ die sich mit fremden Klei-
dern bekleiden.
9. Ich will auch am selben Tag alle die heimsu-
chen/ die prächtig über die Schwell herein tretten:
die das Hauß deß HErrn ihres GOttes mit Un-
gerechtigkeit und List erfüllen.
II. 10. An demselbigen Tag spricht der HErr/ wird
sich ein groß Geschrey erheben vom Fischthor an/

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAPUT PRIMUM.

I. Sophonias peccatoribus universis, dein Judæis comminatur, ob Dei contemptum: 1
II. Prædicit Jerusalem lucernis scrutandam in die Domini amara. 10.

VERBUM Domini, quod
factum est ad Sophoniam
filium Chusi, filii Godoliæ,
filii Amariæ, filii Ezeciæ,
in diebus Josiæ filii Amon
regis Judæ.
2. Congregans congregabo *a* omnia à
facie terræ, dicit Dominus:
3. Congregans hominem, & pecus,
congregans volatilia cæli, & pisces maris:
& ruinæ impiorum erunt: & disper-
dam homines à facie terræ, dicit Do-
minus.
4. Et extendam manum meam super
Judam, & super omnes habitantes Jeru-
salem: & disperdam de loco hoc reliquias
Baal *b*, & nomina æditorum cum sacer-
dotibus:
5. & eos, qui adorant super tecta
militiam cæli *c*, & adorant, & jurant
in Domino, & jurant in Mel-
chom. *d*
6. Et qui avertuntur *e* de post tergum *f*
Domini, & qui non quæsierunt Domi-
num, nec investigaverunt eum.
7. Silete *g* à facie Domini Dei: quia
juxtà est dies *h* Domini, quia præparavit
Dominus hostiam *l*, sanctificavit *m* voca-
tos *n* suos.
8. Et erit: in die hostiæ Domini visita-
bo super principes, & super filios regis,
& super omnes, qui induti sunt veste pe-
regrinâ:
9. & visitabo super omnem, qui arro-
ganter ingreditur super limen in die illa:
qui complent domum Domini Dei sui
iniquitate, & dolo.
II. 10. Et erit in die illa, dicit Dominus,
vox clamoris à porta piscium, & ululatus
à

a Chald delens delebo
b cultus idolorum.
c i. astra.
d idolo Ammonitarum.
e 70. declinant.
f i. à sequela
g 70. timete
h quo puniet vos per Chaldæos.
l Judæos macta dos.
m præparavit.
n Chaldæos ad cædem faciendam

o id nomen portæ.
p eſt nomen loci conca-vi inſtar pilæ. Sà.
q ſic vocat Judæos ob impios mores
r per Chaldæos.

à Secunda *o*, & contritio magna à collibus.

11. Ululate habitatores Pilæ *p*: conticuit omnis populus Chanaan *q*, diſperierunt omnes involuti argento.

12. Et erit in tempore illo: ſcrutabor *r* Jeruſalem in lucernis: & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene Dominus, & non faciet malè.

s Amos 5. 11.

13. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum: & *s* ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.

14. Juxtà eſt dies Domini magnus, juxtà eſt & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.

t Jer. 30. 7. Joel. 2. 11. Amos 5. 18

15. *t* Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis,

u ſc. Chaldæorum.

16. dies tubæ *u* & clangoris ſuper civitates munitas, & ſuper angulos excelſos.

17. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora.

x Ezech. 7. 19. *y* Infr. 3. 8.

18. *x* Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: *y* in igne zeli ejus devorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAPUT II.

I. Hortatur propheta populum ut ad Deum convertatur, priuſquàm ira Domini ei ſuperveniat, 1

II. Denuntiat interitum Philiſthæis, Moabitis, Ammonitis, Æthiopibus & Aſſyriis. 4.

a ad placandum Deum
b indigna amore.
c Dei.
d calamitatis.

1. CONvenite *a*, congregamini gens non amabilis *b*:

2. Priuſquàm pariat juſſio *c* quaſi pulverem tranſeuntem diem *d*, antequàm veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequàm veniat ſuper vos dies indignationis Domini.

e 70. humiles.

3. Quærite Dominum omnes manſueti *e* terræ, qui judicium ejus eſtis operati:

und ein Heulen vom andern Thor/ und ein groß Elend von den Büheln herab.

11. Heulet/ die ihr in der Höl wohnet: dan alles Volck Chanaan iſt ſtill worden/ alle/ die mit Geld verwickelt waren/ ſeynd vertilgt.

12. Zu derſelbigen Zeit wil ich Jeruſalem mit Leuchten **a** durchſuchen: und wil die Männer heimſuchen/ die auf ihren Heffen ligen: und die in ihren Hertzen ſprechen: Der HErr wird weder Guts noch Böſes thun.

13. Darum wird ihr Gut zum Raub / und ihre Häuſer zur Wüſten werden. Sie werden Häuſer bauen / und nit darinn wohnen: und Weinberg pflantzen/ und keinen Wein daraus trincken.

14. Der groſſe Tag deß HErrn iſt nah/ er iſt nah/ und kommt ſehr geſchwind heran: das Geſchrey deß Tags deß HErrn iſt bitter/ da werden die Starcke in Angſt kommen.

15. Dan diſer Tag iſt ein Tag deß Zorns/ ein Tag der Trübſal und Angſt/ ein Tag deß Jamers und Elends/ ein Tag der Finſternus und Dunckelheit/ ein Tag deß Nebels und Sturmwinds/

16. Ein Tag der Poſaunen und deß Lermens über die feſte Städt / und über die hohe Eck **b**:

17. Und ich wil die Leut mit Trübſal heimſuchen/ und ſie werden daher gehen/ wie die Blinde/ dan ſie haben dem HErrn geſündiget: und ihr Blut ſol ausgeſchüttet werden / wie Staub/ und ihre Leiber ſollen wie Koth ſeyn.

18. So wird ſie auch ihr Silber/ und ihr Gold am Tag deß Zorns deß HErrn nit erretten können: das gantze Land wird durchs Feur ſeines Eifers verzehret werden / dan er wird geſchwind ein End machen mit allen / die im Land wohnen.

Das II. Capitel.

I. Die Juden werden ermahnt/ die Rach GOttes durch die Buß abzuwenden/ 1.

II. Der Philiſter/ Ammoniter/ Moabiter/ Moren/ und Aſſyrier Verderben wird zugleich gemeldet/ 4.

1. KOmmt zuſammen / und verſammlet euch/ ihr feindſeliges Volck:

2. Eh dan der Befelch den Tag hervor bringet/ der als wie der Staub vorüber wird fahren / eh dan der grimmige Zorn deß HErrn über euch kommt/ und eh der Tag der Ungnad deß HErrn über euch anbricht.

3. Suchet den HErrn alle Sanfftmüthige im Land/ die ihr ſeine Recht gehalten habt: ſuchet die Ge-

a Laternen. **b** Thürn.

Gerechtigkeit c / suchet die Sanfftmütigkeit d: ob ihr einiger massen verborgen seyn möchtet am Tag deß Zorns deß HErrn.
II.4. Dan Gaza wird zerstöret / und Ascalon zur Wüsten gemacht werden / Azot wird bey mittem Tag vertriben / und Accaron ausgewurtzelt werden.
5. Weh euch / die ihr an den Gräntzen deß Meers wohnet / du verderbendes Volck: deß HErrn Wort wird über euch kommen / O Chanaan / der Philister Land / und ich wil dich verderben / also das niemand seyn sol / der allda wohne.
6. Und die Gegend am Meer sol zur Wohnung der Hirten / und zum Viehstall werden.
7. Wer auch vom Hauß Juda übrig bleiben wird / der wird dise Gegend zum Theil haben: da werden sie weiden / und auf den Abend in den Häusern zu Ascalon ihre Ruh nehmen: dan der HErr ihr GOtt wird sie heimsuchen / und ihre Gefängnuß abwenden.
8. Ich hab die Schmach Moab / und die Lästerung der Kinder Ammon gehöret: damit sie mein Volck geschmähet / und sich auf deßselben Gräntzen gerühmt haben.
9. Derowegen / so wahr ich lebe / spricht der HERR der Heerschaaren / der GOtt Israel / Moab sol wie Sodoma werden / und die Kinder Ammon / wie Gomorrha / verdorrete Dörner / Saltzhauffen / und eine Wüste zu ewigen Tagen: die Ubrige von meinem Volck sollen sie ausplündern / und die hintergelassene meines Volcks sollen sie erben.
10. Das wird ihnen widerfahren um ihrer Hoffart willen: dieweil sie gelästert haben / und sich hoch erhoben über das Volck deß HErrn der Heerschaaren.
11. Der HErr wird schröcklich über sie seyn / und wird alle Götter auf Erden vertilgen: und die Leut werden ihn anbetten von ihrem Ort / das werden thun alle Insuln der Heyden.
12. Und ihr Mohren sollet auch durch mein Schwert erschlagen werden.
13. Und er wird seine Hand über Mitternacht ausstrecken / und wird den Assur umbringen: Er wird auch die schöne Stadt zur Einöd machen und zu einem ungebauten Land einer Wüsten gleich.
14. Alsdan werden sich die Heerden mitten in ihr lagern / und alle Thier der Heyden: der Eselschreyer / und der Igel sollen in ihren Häusern wohnen: die Stimm deß Gesangs wird aus den Fenstern klingen / und die Raben werden auf den Balcken sitzen / dan ich wil ihre Stärck vermindern.

c den Gerechten d den Sanfftmüthigen.

quærite justum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini.
II. 4. Quia Gaza *f* destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie ejicient, & Accaron eradicabitur.
5. Væ qui habitatis funiculum *g* maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanaan terra Philisthinorum, & disperdam te, ita ut non sit inhabitator.
6. Et erit funiculus *h* maris *k* requies pastorum, & caulæ pecorum:
7. & erit funiculus ejus, qui remanserit *f* de domo Juda: ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & avertet *g* captivitatem eorum.
8. Audivi opprobrium Moab, & blasphemias *h* filiorum Ammon: quæ exprobraverunt populo meo *l*, & magnificati sunt super terminos eorum.
9. Propterea vivo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab ut Sodoma erit, & filii Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acervi salis, & desertum usque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.
10. Hoc eis eveniet pro superbia sua: quia blasphemaverunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.
11. Horribilis *m* Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gentium.
12. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo *n* eritis.
13. Et extendet *o* manum suam super Aquilonem, & perdet Assur *p*: & ponet speciosam *q* in solitudinem, & in invium, & quasi desertum.
14. Et accubabunt in medio ejus greges, omnes bestiæ *r* Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus *s* ejus morabuntur: vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur ejus.

15. Hæc

f Philisthæi destruentur
g pars maris eorum.
h pars seu possessio.
k habitantium ad mare
f sc. redientes ex captivitate.
g Chald. reducet.
h 70 contumelias.
l cùm abduceretur à Chaldæis.
m Chald. terribilis.
n per Nabuchodonosor
o Deus.
p per Chaldæos.
q 70. Niniviam.
r Isai 34. 11
s domorum dirutarum.

15. Hæc est civitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia ampliùs: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis, qui transit per eam, sibilabit, & movebit manum suam.

CAPUT III.

I. Jerusalem, & rectoribus ejus minatur vindictam, quòd nec beneficiis neque flagellis sint conversi: 1

II. Felicitatem novæ legis, ac multiplicationem credentium: pœnamq́ iniquorum prædicit. 8

a sc. Jerusalem. *b* seducta Ose. 2. 11. *c* Dei.

1. VÆ provocatrix *a*, & redempta civitas, columba. *b*

2. Non audivit vocem *c*, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit.

d Ezech. 22. 27. Mich 3. 11. *e* diurna fame rabidi.

3. *d* Principes ejus in medio ejus quasi leones rugientes: judices ejus lupi vesperè *e*, non relinquebant in mane.

f sc. templū.

4. Prophetæ ejus vesani, viri infideles: sacerdotes ejus polluerunt sanctum *f*, injustè egerunt contra legem.

g i. citò.

